

Mys 2154

TRACTATUS
JURIDICUS
INQVISITIONIS
PROCESSU,

In gratiam

Judicū, Notariorū, aliorumq;;,
qui criminalia tractant vel tractaturi sunt ne-
gotia, in lucem editus

JOHANNE BRUNNEMANNO,
Phil. & J. U. D. Prof. Publ. & pro temp. Facult.
Jurid. in Acad. Francofurt.

DECANO.

August. in can. omnis. 10. Diſt. 45.



Qui Dei judicia oculis suis proponit, sem-
per timens & tremens in omni negotio
formidat, ne de justitiæ tramite devians ca-
dat, & unde non justificatur, inde potius con-
demnetur.



STETINI,

Typis GEORGII GOETSCHII.
Impensis JEREMIE MAMPHRASII, BIBL.
ANNO 1648.

SERENISSIMO
AC POTENTISSIMO PRINCIPI
ATQVE DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
WILHELMO,

Marchioni Brandenburgensi, Sacri
Romani Imperii Archicamerario & Electori,
Prussiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini,
Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, nec
non in Silesia Crostæ & Carnoviæ Duci, Burg-
gravio Noribergensi, Principi Rugiæ; Comiti
Marcæ & Ravenspurgi, Domino Raven-
steinii &c. Domino me o clemen-
tissimo.

Magna laudi hoc Germanis da-
tum est, Serenissime ac Poten-
tissime Elector, Domine Cle-
mentissime, quod homo Italus Machi-
avellus *lib. 1. disput. cap. 55.* de corru-
ptis Italorum, Hispanorum, Gallorum
aliorumq; moribus conquestus, in Ger-

manja fatetur superesse Romanam illam
morum integritatem & Numinis Reve-
rentiam. Hoc Machiavelli de Ger-
manis Testimonium utinam perennas-
set, meliori certè loco res nostræ forent,
nec peregrinis præda essemus. Sed de-
coximus, proh dolor! jamdiu hanc Glo-
riam. Jamdiu cum peregrinis Lingvis,
vestibus & gestibus, peregrini etiam mo-
res, virtia & scelera sunt inventa. Jam-
diu Reverentia Numinis à plerisq; ex-
cussa, quæ vitia interne cino hoc bello,
& tot aliis concatenatis calamitatibus
nos luere (utinam eluere) oportuit,
digno sceleribus supplicio, Causam
corruptorum morum si quæramus, vix
magis idoneam reperiemus, quam ne-
glectum Disciplinæ.

Quemadmodum enim in corpori-
bus humanis nunquam talis est humo-
rum harmonia, ut non quotidiè colliga-
tur aliquid pravi humoris, quod statim
temporibus medicamentis expurgan-
dum: ita in Republ. quotidiè aggrega-
tur aliquid quod curatione indiget. Id-
quæ per solam sit Disciplinam. Si o-

maes

456

456

mnes status perlustremus, fateri cogimur, collapsam esse disciplinam, & successisse foedam peccandi licentiam.

In Hierarchya vix vestigium aliquod Disciplinæ Ecclesiasticæ veteris remansit, adeò ut quantum Doctrinæ puritate alios superamus, tantum ob Disciplinæ neglectum ab heterodoxis vincimur; Quo sit, ut quantum reformatione Doctrinæ recuperavimus, tantum ferè impietate vitæ amiserimus. Cui malo, nisi restitutâ Ecclesiæ atq; Ecclesiasticis personis autoritate & potestate cum consensu Ecclesiæ coercendi scandala occurratur, vix illa perennaturam Pacem in Ecclesia vel Republ. sperari posse existimo. In Scholis & Academiis præsertim quanta sit peccandi licentia, neminem fugit, adeò ut planè in ea sim opinione, nisi Principes conjunctis viribus Barbariem & immanem illam licentiam ex Academiis sint proscripturi, Academias tandem ad nihil redactum iri. Quid juvat enim literas discere, & moribus corruptis simul imbui? In Republica vigeret adhuc ali-

(§) 3.

qua

4550

4550

qua Disciplina, sine qua nulla civilis societas consistere posset. Videmus enim in scelera inquire, eorumq; rebus inventos merito affici suppicio, vel alias condignas luere poenias. Sed & hic multis modis impingi negari nequit. Super quibusdam enim delictis raro inquiritur. Nam ut exemplis id declarrem, Blasphemia, profanatio bonorum Ecclesiasticorum, Perjurium, Violatio Sabbati, injuriæ reales Parentibus illatæ, Monomachia, stuprum simplex, usuraria pravitas & similia raro in Inquisitionem veniunt. Verendum, ne etiam atrociora crimina v. g. Infantidum, Veneficium & alia impunita sœpè relinquuntur. Quamvis autem in delicta multa Magistratus inquirant, verendum tamen est, ne & hodiè in poenis personarum habeatur respectus, & ii, qui in Dignitate constituti sunt, leviter puniantur, vel impuniti dimittantur meritisq; personarum excusentur; in alios autem inferioris dignationis homines legum asperitas exerceatur, juxta illud Juvenalis:

Dat

405900

406900

Dat veniam corporis, vexat censura colum-
bas.

An' hoc hodiernis adhuc sit temporibus? Evidem certon non affirmo: in ea tamen sum sententia, non deberi cuiusquam facinora benefactis & meritis compensari, sed meritis præmia seorsim constituta esse, & sceleribus itidem pœnas. Nam si hæc commisceantur, de Republ. benè meriti facile ad audaciam & insolentiam prorumpent. Sic Manlius Capitolinus, quamvis conservator Capitolii, ob delictum tamen de Capitolo in præceps dejectus fuit. Sic etiam Horatius ob Parricidium ad judicium recte raptus, male fuit absolutus. Et hæc ipsa, ni fallor, fuit mens Johannis Samoscii, Magni illius Poloniæ Cancellarii, viri Pacis belliq; artibus præpolentis, qui ab Illustrioribus personis pœnas sumendas esse dicebat. Quò enim illustriores essent personæ, eò illustriora esse illorum peccata, & eò illustriores pœnas esse ad alios deterrendos. Thuan. l. 73. Et Nicolaus Papa in can. 3. caus. 11. qv. 3. Deterius, inquit, in populis Prælati de-

• 0590 •

• 0590 •

Inquunt, ac per hoc ipsi crudelius, quam
coeteri puniuntur, ut ait B. Gregorius &c.

Non desunt exempla eorum, qui
nec propriis liberis pepercerunt, in su-
menda de sceleribus ultiōne. Vetera-
taceo. Unum recenseo memoratu
dignissimum & recentius de Cosmo Ma-
gno Hetruriæ Duce: cui inter alios libe-
ros erant duo filii, quorum minimus na-
ta Garsias Johannem fratrem jam tum
Cardinalem vix 16. ætatis annum super-
gressum ex puerili æmulatione atroci o-
dio diu nutritio integrum venandum, cum
seorsim à sociis per devia alter in alterum
incurrissent, acinace cominus transfer-
beraverat. Cadavere inter vepreta in-
vento req; ad Cosmum Parentem dela-
tā, is suspicatus, quod erat, cadaver multā
nocte in urbem inferri & in conclavi æ-
dibus suis proximo colloccari jubet, tum
semotis Arbitris ad conclave venit, & se-
vocatum Garsiām, ac de fratre interroga-
tum, cum factum ille pernegaret, ad ca-
daver accedere jubet, eoq; renudato,
& cruento ad percussoris conspectum mox
ebulliente, En, inquit, sanguis fratris
tui,

tui, qui ultionem à Deo atq; etiam à me
deposit; Me miserum, qui tales filios
genuerim, aut iis superstes fuerim, quo-
rum unum immani parricidio necatum.
hisce oculis adspicere cogor; alterum,
ni impius & iniquus juris inter meos di-
spensator sim, è medio tollere, ipsa pietate
suggerente compellor! Scelus est Pa-
tri filium interficere, sed majus scelus ad-
mittam, si eum vivere diutius patiar, qui
per fratris perniciem ad Patris necem &
familiam totam cæde ac ferro evertendam
gradum fecit. Tum fatente crimen
Garsiā, & rixæ principium dedisse Johan-
nem affirmante, ita ut nisi peste fratris
salutem propriam expedire non licuerit,
Cosmus, qui mite Johannis ingenium
nosset, pugionem quò ille fratrem con-
foderat, & adhuc cinctus eò venerat, sup-
plici eripit, nudumq; stringens, hodiè,
inquit, pestem domesticam, ne latius e-
xemplo serpat, è visceribus meis avellere
decrevi, & quanquam dulcissimi filii cæ-
dem, non nisi alterius filii moribus di-
sparis cœde expiare possim, malo me po-
steritas infelicem ac durum Patrem præ-

40590

40590

dicet, quām imprudentiæ & iniquitatis
arguat. Tu verò gaude, quod vitam,
qua indignus es, cum amittere debeas
in Patris manibus, à quo eam accepisti,
depositurus sis, Quo dicto Deum com-
precatus, ut factum comprobaret, & son-
ti filio gratiam delicti faceret, eum éo-
dem pugione, quo fratrem confecerat,
juxta Johannis cadaver interfecit, quam
calamitatem silentio sopiri voluit pru-
dentissimus Princeps, famâ sparsa ex po-
pulari morbo alterū post alterum extin-
ctos, ut hæc refert Jac. Aug. Thuanus
lib. 32, bistor.

Ideoq; Gregorius Magnus *in caus. si-
cut inquit 46. caus. 2. quest. 7.* Episcopos
admonet his verbis: Admonemus au-
tem, ut non cujusquam personæ gratia,
non favor, non quodlibet blandimen-
tum, quæquam vestrum, vel ad discu-
tendum, quæ nobis nunciata sunt, mol-
liat, vel à veritate excutiat: sed sacerdo-
taliter ad investigandam vos propter De-
um veritatem accingite.

Maximè verò omnium in forma in-
quisitionis multis modis peccari Experi-
entia

entia rerum Magistra edocet. Cujus caussam esse existimō, quod nobilissimum Imperium merum hodiē per plebejos homines jurisq; planè imperitos non raro exerceatur, contra Imperatoris Caroli V. constitutionem *artic. 1.* ubi iis Magistratibus, qui imperitorum hominum operā utuntur, pœnam comminatur. Hinc factum, ut absurdissimæ Consuetudines passim in judiciis criminalibus fuerint introductæ, quas tamen Imperator laudatissimus *dictâ Ordinat.* *artic. pen.* severissimè prohibet & abrogat. Et sanè negari nequit, de vilissimo stillicidio accuratiorem institui sæpius caussæ cognitionem in judiciis, quam de caussis capitalibus.

Huic malo, ut quantum in me est, medelam præsertim in Patria nostra ad ferrem, brevem hanc de Inquisitione, commentationem, æstivo semestri proximo inter alia negotia Academica & Facultatis horis subcisiivis concinnatam, publici juris facere volui. Moneo autem omnes judices & Notarios, aliosq;, qui criminalia tractant negotia, ut hanc Synopsin,

4550

4550

nopsin, in quā summā brevitate usus, eò laboravi, ne prolixitate lector deterreretur, lectione sua dignari haut pigrentur, præcepta ea, si occasio ferat, ad usum transferant, præsertim verò in iis, quæ de Examine Rei dicta sunt, eà moderatione utantur, ut inter personas Reorum distingvant, nec simpliciores confundant, aut captiosis interrogationibus irretiant. Nec enim eadem ratione examinandi sunt simpliciores, qua examinantur illi, qui callidi sunt, omniaq; negant, circumstantias veras suppressimunt, falsas verò comminiscuntur. Ideoq; Judici inesse debet Prudentia, Misericordia & piè sæviens Disciplina: miscere debet oleum cum vino, lenitatem cum severitate. Sit apud ipsum amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit Zelus, sed non immoderatè sæviens: sit Pietas, sed non plus quam expedit parcens, ut Judicem Ecclesiasticum instruit Gregorius in *can. Disciplina. 9. dist. 45.*

Vestræ verò Serenissimæ Celsitudini hos meos labores cur offeram, causis

4590

4590

sis adducor quam plurimis; inter quas
non postrema est, quod à Serenissimæ
Celsitudinis vestræ Paréte, Domino meo
clementissimo, in numerum Professo-
rum fuerim cooptatus, quod grato ani-
mo si non agnoscerem, nec Screnissimæ
Celsitudini vestræ (cum Serenissimo Do-
mino Parenti nunc inter beatorum cho-
ros triumphanti non possim) gratum a-
nimum publicè declararem, Ingratitudi-
nis notam me incursum metuebam.
Accedit altera ratio, quod quamvis exi-
lis liber, argumenti tamen dignitate tan-
to Principi apprimè conveniat, cui po-
testatem Deus in tot populos & gladi-
um pro Justiciæ tutela, & ad vindicanda
scelera concessit, sub cuius umbra & tu-
tela hactenus inter dira bellorum toni-
trua nobis aliquot annos mediocri pace
frui licuit. Deus ter opt. Max. peren-
nare faciat tranquillitatem, & recisis bel-
lorum fibris Pacem auream adamantinis
vinculis adstringat, taliaq; consilia fug-
gerat, ut Disciplina Ecclesiastica, Scho-
lastica & Politica nimis luxata in omni-

bus

10596

bus statibus restabiliatur, quò prosperitas ubiq; perspiciatur!

Accipiat ergò Sereniss. Celsitudo
vestra serenà fronte munusculem hoc li-
terarium, tanquam ab animo Serenissi-
mæ Celsitudinis Vestræ devotissimo pro-
fectum, meq; Electorali sua Gratia com-
plecti non dedignetur. Dabam Fran-
cfurti die 5. Novembr. Anno post par-
tum Virgineum M DC XLVII.

Serenissima Celsitud. Vestræ

Obsequentiissimus addi-
dictissimus

Johannes Brunnemar-
nus D.

IN-

1650 1650

INDEX CAPITUM.

- Cap. 1. de definitione inquisitionis.
Cap. 2. de Divisione.
Cap. 3. de causa Principali & Instrumentali.
Cap. 4. de causis impulsivis inquisitionis.
Cap. 5. de criminibus in quibus licita & mandata est inquisitio.
Cap. 6. de personis contra quas formanda est inquisitio.
Cap. 7. de Generali inquisitione.
Cap. 8. de forma inquisitionis specialis, & bujus
 Membr. 1. de Examine Rei & connexis.
 Membr. 2. de Delicti probacione.
 Membr. 3. de Rei defensione.
 Membr. 4. de Transmissione actorum ad Collegium juridicum.
 Membr.

Membr. 5. de Torturæ executi-
one.

Membr. 6. quomodo contra ab-
sentem & fugitivum proce-
dendum.

Cap. 9. de Effectu Processus informa-
tivi seu inquisitorii sive Executio-
ne Sententia.

Cap. 10. de Contrariis.

CUM

CUM DEO

Tractatus de inquisitione seu Pro- cessu informativo.

CAPUT PRIMUM.

De definitione inquisitionis

SUMMARIA.

1. Quot modis procedatur in criminalib. n. 1.
2. Quid sit inquisitio. num. 2.
3. An inquisitio sit licita jure divino A. 2.
3. & 4.
4. An jure canonico. A. n. 5.
5. An jure civili. A. n. 6. & 7.
6. An jure novissimo imperii Romano Germanici. A. n. 8.
7. An jure consuetudinario. A. n. 9.
8. An teneatur judex inquirere. A. n. 10, 11,
12, 13, & 14.
9. An inquisitio cum accusatione concurrere possit. A. n. 15, 16, 17, & 18.
10. An judex inquisitus teneatur offendit vel ejus cognatos interrogare an velint accusare. N. n. 19.
11. An inquisitio accusatorem supervenientem repellat. A. n. 20.
12. An processus ordinarius per accusationem transeat interdum in processum inquisitionis. A. n. 21.

1.

Duobus modis in criminibus negotiis proceditur, primo per accusationem, 2. per inquisitionem. *Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quest. 3. num. 1.*

2.

Est autem inquisitio informatio judicis super delicto, facta officio & auctoritate judicis. post alios *Farinacius lib. 1. tit. 1. quest. 1. n. 3.* seu ut *Dom. Carpzov. part. 3. Pract. Crimin. quest. 107. n. 5.* Est Legitima judicis ex officio procedentis super delicto informatio.

3.

Sed hic statim quæritur, an inquisitionis processus sit in jure licitus? Et quidem eum omni jure licitum non tantum, sed & mandatum & Magistratui injunctionem eum esse, probatur i. ex jure Divino *Deut. 13. v. 12.* & s. si audieris de aliqua civitatum tuarum &c. ubi inquisiveris & per vestigaveris ac percunctatus fueris bene, si ecce vera certa ġ, erit res illa, si Commissa fuerit abominatio in medio tui, omnino percutito habitatores &c. *Deut. 17. vers. 4.* Renuntiatum ġ, fuerit tibi at ġ, audiveris, quum inquisiveris bene, si ecce vera certa ġ, illa res erit. si commissa fuerit &c.

4.

Quibus textibus non tantum in Apostasiam, sed & in omnem graviorem trans-

transgressionem foederis inquirere jubetur
populus, & potissimum Magistratus, id
quod exemplo comprobavit Iehoschua.
Dux populi Israelitici in sacrilegio ab Ha-
cane commisso, qui processus inquisitio-
nis, licet quoad modum procedendi, sin-
gularis, describitur in libro Josuae cap. 7.

Jure canonico inquisitionem lici-
tam esse probatur ex c. si audieris 32. C. 23.
q. 5. cap. Evidentia 9. c. qualiter 17. c. cum
operteat. 19. c. inquisitionis 21. c. qualiter 24.
X. de Accusat. & Inquisit.

Sed & jure civili licitam, imo præ-
sidibus mandatam esse, apparet ex l. con-
gruit 13. ff. de offic. præsidis. ubi præses ma-
lis hominibus Rempubl. purgare, & sa-
crilegos, latrones, plagiarios, fures, &c.
conquirere jubetur. item ex l. i. C. de Cu-
stod. rerum l. 7. C. de Accusat.

Quamvis autem in l. 6. §. 2. ff. de mu-
neribus & hon. dicatur neminem debere
honoribus prohiberi, qui accusatorem
non habeat, id tamen de criminibus levi-
oribus intelligendum videtur.

Et quin inquisitio hodie sit licita, de-
eo nostro jure Germanico nullum est du-
biuum. per. art. 8. 214. & 219. & passim in
Constitutione Criminali Caroli quinti.

De consuetudine autem res est cer-

tissima adeò ut processus inquisitionis, licet de jure civili sit remedium extraordinarium, tamen de consuetudine æquè ordinariū sit remedium, atq; Accusatio. Pet. Heig. part. 1. quæst. 39. num. 8. & plures allegans Clarus dicto §. ult. quæst. 3. num. 6. Sig. Scaccia lib. 1. de judic. &c. cap. 85. n. 11. in fin.

10. Imo in tantum judex aperta sibi viā ad inquirendum per denuntiationem, vel alio modo tenetur inquisitionis processum formare, ut si hoc omittat, literam suam faciat Clarus §. fin. quæst. 4. num. 2. in fin. & Sig. Scaccia lib. 1. de judic. caus. civil. crimin. & heretical. cap. 68. num. 10. Foller. pract. crim. part. 1. num. 27.

11. Et judex inquirere negligens teneatur de Syndicatu, Paris deputeo de Syndicatu in verbo negligentia cap. 1. num. 8. & 9. & Pet. Heig. d. quæst. 39. num. 24.

12. Sed & Experientia docet, quoties inferiores judices crimina publica, de quibus fama publica est, non investigant, solere à Procuratoribus fisci contra ipsos judices de non administrata justitia formari processum & recte. Cum per delicta publica offendatur Reipublicæ tranquillitas, & harmonia Societatis civilis turbetur. Ideoq; vindictam vigor publici-

CAPUT I.

5

blicæ disciplinæ postulat. *l. locatio 9. §.*
quod illicitè 5. ff. de publicanis. l. ita vulne-
ratus 51. § fin. ff. ad Leg. Aquil.

Et Magistratus qui crimina non vin-
 dicaverit, colludere dicitur cum malefi-
 cis, vel eorum dicta ac facta tanquam
 Conscius probare. *l. 2. C. de Commerc.* &
 in *l. f. C. ne Sanct. habt. iteretur* Impera-
 tores constituunt nulli judicium licere de-
 latum ad se crimen, minori aut nulli coe-
 citioni mandare, nisi ipse idem pati velit
 quod aliis dissimulando concesserit. Ho-
 micidas enim Sacrilegos, & similis fari-
 nae homines punire, non est effusio san-
 guinis sed legum ministerium. *Can. ho-*
micidas C. 23. q. 5. & si quis in inquirendo
 crimen piger aut negligens esse præsum-
 serit, dictis criminibus apud Deum se no-
 verit esse participem, cujuszelo ad per-
 scrutandas subtiliter nefandi causas faci-
 noris non movetur. *C. sicut inquit 46. C.*
2. q. 7.

Hinc. Serenissim. Elector Brandeb. 14
 cum Illustriss. Ducibus Pomeraniæ & Me-
 galopolitanis insuâ Conventione Anno 1617.
 die 22. Januarii inita, ita inter alia pactisunt.
 Auch sollen es alle und jede derjenigen / die
 wegen der Gerichte / in obermeldten Thur-
 und Fürstenthümern / als untergesetzte Or-

brigkeit Befehlich haben / an schleuniger execution des ierigen / so erlant / mit nich-ten ermangeln lassen / damit es wider sie selb-sten keines andern Einschensch von Môthen habe / etc.

15. Sed quæritur hîc, an si semel per accusationem processum sit contra facinorosum, etiam inquisitionis processus concurrere possit, adeo ut iudex, si videat deficere accusatorem, ex officio possit inquirere, alios testes producere contra facinorosum, & ita in veritatem criminis inquirere? quod affirmat Julius Clarus. S. fin. quest. 3. num. 7. Sig. Scaccia d. lib. 1. cap. 85. num. 10. qui id defendit ex consuetudine, & Nicol. Reasfn. lib. 1. decisi. 25. num. 13. ubi Jenensium JCtorum responso hoc comprobatur. Et ita consulitur accusatori, ne in justa causa forte deficiat, & contra jus ad poenam talionis conde-mnetur, & fisco, ne fiat collusio.

16. Si enim hoc fieri non posset, certe accusatores sâpe sub justo clypeo succum-berent, quæ ratio quidem in civilibus non stringit, stringit tamen in criminalibus, u-bi justissimus dolor accusatoris, & peri-culum ipsius hoc svadere videntur.

17. Et quamvis Dom. Carpzovius dissen-tire videatur in Pract. Crimin. quest. 107.

num. 38. ipse tamen concedit accusatore
desistente post litem contestatam, & cæ-
pto judicio, judicem loco accusatoris pro-
cessum ordinarium continuare debere.

num. 52.

Quid si autem accusator non desi-
stat, sed periclitetur & quidem in causa,
quæ judicii justa videtur; hic officium ju-
dicis esse putaverim, non obstante accu-
satione, ex officio veritati succurrere, ex
rationibus & authoritatibus antea addu-
ctis.

Illud non adeo controversum est, 19.
quod judex non teneatur offensum vel e-
jus cognatos aut hæredes citare, eosq; in-
terrogare, an accusare velint an non. *Clas-
rus d. q. 3. num. 8. Scaccia d. c. 85. num. 11.*
ubi hoc ex consuetudine tantum non ex
jure defendit, licet rectius & juris esse
dicatur. & *Carpzov d. quest. 107. num. 38.*
in princ. sicut & à nostra Facultate An-
no 1644. mense Martio Senatui B. respon-
sum esse memini.

Ideoq; si semel cæpta sit inquisitio,
& superveniat accusator, hic illam non
interrumpit, sed illa potius accusatorem
supervenientem repellit *Nicol Reusn. dict.*
decis. 25. num. 31. & Carpzov. d. quest. 107.
num. 53. quia inquisitio hodie non minus

ordinarium remedium est, quam accusatio. Quin & Experientia testatur, longe frequentiorem esse processum inquisitionis, quam accusationis.

21. Illud demum etiam notandum, ex processu accusationis fieri processum inquisitionis, quando tortura reo imponenda est, ex recepta Doctorum sententia. *Carpz. dicta quest. 107. num. 58.* ubi hoc præjudiciis confirmat: sicut & ante annos aliquot Senatui G. ita à Facultate nostra responsum esse memini.

C A P . S E C U N D .

de Divisione Inquisitionis.

S U M M A R I A :

1. *Divisio inquisitionis. n. 1.*
2. *Quænam sit generalis inquisitio. n. 2.*
3. *Quæ specialis. n. 3.*
4. *Quomodo fine different hæ duæ inquisitiones. n. 4, 5, 6 & 7.*
5. *Quomodo different causa efficiente. n. 8, 9, & 10.*
6. *Quomodo different objecto n. 11.*
7. *Quomodo causâ impulsivâ. n. 12.*
8. *Quomodo formâ n. 13, & 14.*
9. *An specialis inquisitio etiam institui posse non instituta prius speciali A. n. 15.*

10. *Quæ-*

10. Quænam sit inquisitio generalissima
num. 16.

Antequam ad formam, cæteraq; Re-
quisita Inquisitionis accedamus, a-
gendum est de eo, quotplex sit inqui-
sitione. Et quamvis varii variè dividant, ut
videre est ex allegatis Farinacii lib. 1. tit.
1. quest. 1. num. 4. & Carpzov. in Pract. Cri-
min. part. 3. quest. 107. num. 6. & seqq.
missis tamen aliorum divisionibus, nos
in schola & foro receptam divisionem
sequemur, quod alia sit generalis, alia
specialis. Farinac. d. l. & Carpzov.

Generalis est qvæ instituitur ad id,
ut sciatur, an delictum vere sit commis-
sum & à quo.

Specialis verò instituitur adversus
certam personam, ob delictum, de quo,
quod commissum sit ex generali inquisiti-
one appareat.

Ut autem utriusq; discriminem peni-
tius appareat, non omittendum, quod dif-
ferant hi duo processus. Primò fine:
Generalis enim inquisitio instituitur ad
informationem tantum judicis, ut sciat,
an delictum tale, de quo fama increbu-
it, commissum sit; specialis verò insti-
tuitur eo fine, ut, postquam de delicto
jam constitit, appareat quinam commis-

serit, ut de eo pœna sumatur merita.

5. Hinc Baldus in l. ea quidem C. d. Accusat. recte videtur distinguere inquisitionem in eam quæ est facti, & eam quæ est juris; facti ea est, quæ ad informationem judicis instituitur super facto, i. e. commissio delicto: juris est, quæ ad punitionem delicti tendit. Per illam enim inquisitionem generalem, per hanc verò specialem intelligit.

6. Nec ab ludit distinctio Boffii in tit. de Inquisitione num. 4. quod aliud judicium sit ad inquirendum, aliud ad condemnandum.

7. Generalis inquisitio quasi præparatoria est, & viam sternit ad specialem. Nam postquam ex inquisitione generali judex tum de delicto, tum de autore delicti aliquam notitiam consecutus est, solet postea per specialem inquisitionem adversus personam illam in specie ex officio inquirere.

8. Secundò differunt causa efficientia. Inquisitio generalis instituitur interdum ab eo etiam qui merum imperium non habet; sed specialis tantum ab eo, qui merum habet imperium.

9. Hoc discrimen ex priori fluit: nam quia specialis inquisitio ad puniendum insti-

instituitur, in criminibus publicis autem nemo puniendi potestatem habet, nisi qui merum habet imperium, hinc sequitur Magistratum qui non habet merum imperium, specialem inquisitionem instituere non posse. Sed generalis inquisitio statim sine ulla mora instituenda est à Magistratu inferiori ut aperiat viam Superiori Magistratui ad inquirendum. Quod discrimen breviter attingit *Dom. Carpz.*
in d. quæst. 107. num. 14.

Exemplum ejus habemus in Academia nostra ubi, patrato inter literatos homicidio statim Magistratus Academicus inquirit de delicto & autore delicti in genere. Postea ex inquisitione generali sumit narrationem facti, quam Serenissimo Electori transmittit. Serenissimus autem Elector, qui sibi merum imperium, seu poenas sanguinis in cives Academiæ literatos reservavit, ulterius specialem inquisitionem instituit, vel Academiæ pro lúbitu committit.

Tertiò differunt objecto. Generali enim in inquisitione quæritur de ipso delicto, an commissum sit, vel si constet de delicto, v. g. si vulneratus aliquis reperiatur, quæritur de autore delicti generaliter, & interrogantur testes, quos judex de ne-

gotiq

gotio informatos putat, an sciant, quis delictum commiserit, neminem nominando. Quando verò certum est delictum, & præsumptiones contra certam personam militant, tunc inquiritur contra illam personam in specie, & interrogantur testes, quid sciant de hoc delicto & similia, ut hanc practicam tradit, *Clarus quest. 5. num. 5.*

32. Quartò differunt causa impulsiva, nam generalis inquisitio fit, quando iudex aliquali rumore movetur, vel fama de delicto commisso, sed specialis inquisitio fortiora requirit indicia, ut capite quarto, volente Deo, indebimus.

33. Quinto differunt formâ, quod in inquisitione generali, articuli seu interrogatoria non dirigantur in certam personam, sed indefinite in autorem delicti, in speciali verò certæ personæ fiat mentio.

34. Item quod in inquisitione generali testes summarie & sine juramento examinari possint, quamvis interdum, si metuendum ne veritatem ob amorem &c. injurati opprimant, necessarium sit ut juramentum exigatur; in speciali verò semper jurato. Qua de re infra de forma inquisitionis fusijs.

Interdum tamē Specialis statim inquisitio suscipi potest, sine generali inquisitione præcedente. Quoties scilicet reus in flagranti criminе deprehensus est ne si prius generaliter inquiratur, reus fuga elabatur. *Carpz. d. quæst. 108. in fine.*

Sed cum dixerimus tantum duas esse inquisitionis species, quid de generalissima inquisitione jūdicandum? generalissimam inquisitionem diversimodè describunt. Alii enim generalissimam inquisitionem vocant illud bannum seu proclama vel edictum, quod officiales post officii ingressum promulgare solebant, ad effectum purgandi territorium malis hominibus, *juxta l. congruit. ff. de offic. prædis. Sig. Scaccia lib. 1. de judic. caus. civil. & crimin. cap. 69. num. 2. Cothman. lib. 3. cons. 30. num. 153.* Alii per inquisitionem generalissimam intelligunt investigationem rei furto amissæ, vel alterius in ædibus incolarum *eine Haussuchung.* *Berlich. part. 1. decis. 120. num. 2. & s. sed neutra inquisitio nomen inquisitionis per se & absolutè meretur; non illa, quia pars inquisitionis generalis est, nō hæc propter eandem rationem, & quia etiam in **civilibus** hæc inquisitio locum habet.*

CAPUT TERTIUM

de

*Causa Principali & Instrumentali
Inquisitionis.*

SUMMARIA.

1. *Quenam sit inquisitionis causa principalis.* n. 1. & 2.
2. *Quotuplex forū in criminalib.* n. 3, 4, & 5.
3. *An judex domicili contra aliquem, qui alibi deliquit, inquirere possit.* A. n. 6.
4. *An judex incompetens teneatur remittere delinquentem ad forum competens.* N. n. 7. & 8.
5. *An hodie remissiones usitatæ, & in quibus casibus.* n. 9, 10, 11, 12, 13, & 16.
6. *Quæ requirantur ut remissio locum habeat.* n. 14. & 15.
7. *Quis judex si reus in uno territorio inchoaverit, in altero perficerit delictum.* n. 17. & 18.
8. *Quis judex si delictum in confinio commissum.* n. 19.
9. *Quis judex si delictum in via publica commissum.* n. 20. & 21.
10. *An judex contracaptum in alieno territorio inquirere possit.* N. n. 22.
11. *An contra eum, cui delicti gratia facta, inquiri possit.* D. n. 23.

12. An sit locus præventioni. A. n. 24.
 13. Quis judex inquisitionis in causa stupri.
 num. 25.
 14. Quis in causa injuriarum. n. 26, 27, & 28.
 15. Quis judex contra clericos inquirere pos-
 sit. n. 29, 30, & 31.
 16. Quis contra nobiles. n. 32, 33, 34, 35, 36.
 17. Quis contra Studiosos. n. 37.
 18. Quæ qualitates judicis esse debeant. n. 38.
 19. Quo animo debeat tractare negotia cri-
 minalia n. 39. & 40.
 20. Officia probi judicis. n. 41, 42.
 21. Pietas judicis. n. 43, & 44.
 22. Prudentia judicis. n. 45.
 23. Doctrina judicis. n. 46.
 24. Quomodo Imp. Car. 5. judicem descri-
 bat. n. 47.
 25. An judex vices suas alii committere possit.
 N. n. 48. & 49.
 26. Quibus casibus judex merum imperium
 & inquisitionis officium delegare alteri
 possit. n. 50, 51, 52, 53, 54, & 55.
 27. Quæ requirantur ut officium inquisicio-
 nis delegari alteri possit. n. 56.
 28. An in processu inquisitionis prorogatio ju-
 risdictionis locum habeat. n. 57.
 29. Quinam fuerint delatores publici. n. 58.
 30. Officium Actuarii. n. 59. & 60.
 31. Quinam instigatores vel promotores in-
 quisitionis. n. 61.

1. **C**ausa principalis Inquisitionis est **J**udex competens, alias inquisitio ipso jure nulla est *t.t.* *C. si à non competente judice &c.* Farinac. lib. i. quest. i. num. 53. Bened. Carpz. quest. 107. num. 73. *Dambud. in praxi rerum criminal. cap. 8. num. 4.*
2. Et quidem talis judex esse debet, qui habeat merum imperium, sive gladii potestatem. Frustra enim quis inquireret in criminis, qui non habeat animadvertisendi potestatem. *arg. l. 3. ff. de jurisdict. Carpz. part. 3. quest. 104. num. 62. & quest. 109. num. 17. Berlich. lib. i. decis. 120. n. 1. alii.*
3. Ut autem sciamus quinam judex sit competens, notandum est, forum competens in criminalibus vel esse forum domicilii scilicet non originis, sed habitationis *vide Carpz. quest. 110. num. 10. vel esse delicti commissi locum, quale forum etiam milites agnoscere tenentur l. 3. pr. ff. de re militari. & Clarissimi l. 1. C ubi Se-*
natores: quia omnem honorem reatus excludit. d. l. 1.
4. Vel esse forum inchoati criminis, quod communiter intelligunt Dd. de lite criminali cæptâ, ita ut præventioni locus sit, unde & Dd. colligunt, prorogationi jurisdictionis etiam in criminalibus locu*m esse Don. lib. 17. cap. 16. & ibi Hilliger. lit. B. rectius*

rectius tamē fortē. *Wesemb.* in d. tit. C. ubi de criminē num. 3. non de præventione, sed loco inchoati delicti ibi: vel inchoata &c. intelligit.

Ultimum forum est, ubi reus reperitur per d. l. 1. C. ubi de crim. Quod maximē de vagabundo ac fugitivo Dd. intelligunt, per tradita *Gl.* in d. l. & *Farin.* lib. 1. quest. 7. n. 13. nam vagabundum ob delictum commissum ubivis locorum puniri posse frequentissimo calculo Doctorum receptū est. *Clarus* quest. 39. num. 7.

Quæritur autem hic primò, an iudex domicilii contra aliquem inquisitio-
nem formare possit qui alibi deliquit? Affirmativa sententia, quod scilicet iudex originis, vel hodie domicilii & habitati-
onis, possit cognoscere de delicto alibi commisso, nec necesse habeat delinquen-
tem ad locum delicti remittere, commu-
nior est & verior, aliàs enim sequeretur, unicum tantum forum esse competens in-
quisitorum, scilicet locum delicti, quod tamen falsum. Accedit quod forum do-
mesticum sit generale, concurrens cum cæ-
teris judicij suscipiendi locis, adeò ut
præventioni locus sit. Et hanc ample-
ctuntur *Tessaurus.* decis. 90. num. 2. & plu-
res allegati à *Farinacio,* lib. 1. quest. 7. n. 20.

qui limitat eandem *num. 25.* nisi judex loci domicilii & judex loci delicti essent eidem principi subjecti, quo casu remissionem facere teneretur alter.

7. Quæritur secundò, an judex incompetens teneatur remittere delinquentem ad forum competens. Quod negant communiter *arg. c. i. de privileg. lib. 6.*

8. Ex quo apparet, necessariam esse jurisdictionem aliquam ad hoc ut quis remittere possit delinquentem ad forum competens. *Farinac. dicta quæst. 7. n. 28.*

9. Sanè de consuetudine hodiè remissiones planè usitatæ non sunt, nisi quando sunt judices sub eodem principe, quæ de consuetudine testatur. *Farinac. dicto num. 28. Wesemb. in ḥ. ff. tit. de accusat. num. 8. Carpz. quæst. 110. num. 54.*

10. Sed si judices sint sub eodem principe, princeps omnino remissionem demandare potest. *Clarus quæst. 38. num 21. Covar. pract. quæst. c. ii. num. 10.* Et ex his aliisq; *Farinac. num. 29.*

11. Fit etiam non raro, ut judex alteri facinorosum remittat urbanitatis & amicitiae causa, sub antigrapho & literis reversalibus, quarum summa quod ista remissio remittentis jurisdictioni non debat esse fraudi, sed sine periculo, seq;

CAPUT III.

in casu simili idem præstiturum. *Gail.lib. I.*
de P. P. cap. 16, n. 30. & *Carpz. de quest.* 110.
num. 58.

19

Inter Sereniss. Electorem Brandeb. 12.
Duceſq; Pomeraniæ ac Megapolitanos Il-
lustrissimos, in allegata conventione hoc
in specie cautum, ut etiam sine literis re-
versalibus princeps alter alteri prædonem
vel latronem in suo territorio deprehen-
sum remittere teneatur. h. v. J. J. J.
J. J. Chur- und F. F. F. F. G. G. G.
G. G. wollen auch etnander die Räuber /
die unter einem von höchst und hochgewand-
ten Chur- und Fürsten gesessen / unter einem
andern aber aus J. J. J. J. J. Chur- und
F. F. F. F. G. G. G. G. mitteil gefan-
gen worden / nicht vorenthalten / sondern
vielmehr / auch ohn allen revers (den htemir
und in Krasse dieses sol alberet cavites seyno
Dasß es dem remittirendem Herren an sei-
ner Lands. Fürstlicher Hohheit und Gerich-
ten unnachtheitlich sein solle) remittiren und
zukommen lassen / doch dasß der Chur- oder
Fürst / an welchem er also remittiret wird /
allermassen wider ihn mit der execution
verfahre / wie htertan gemeldeſt steht.

Potissimum autem tunc remissio-
nem fieri æquum est, si in loco delicti de-
linquente deprehenso, inquisitio forma-

13.

ta & causa criminalis ventilata, & sententia jam lata fuerit, reus autem aufugiat, alibiq; deprehendatur. *Carpz. d. q. 110. num. 63.* ubi num. 65. & seqq. edisserit de requisitis Remissionis in iis casibus, in quibus etiam hodie remissio fieri potest.

14. Nam 1. requirit ut per summariam cognitionem constet judici remissuro de jurisdictione ejus, qui remissionem requirit, & de delicto a remittendo probabiliiter commisso- 2. Ut delictum non sit leve, sed grave, ut statuatur scil. exemplum. *arg. l. 3. pr. ff. de Re milit. Clarus d. q. 38. num. 23.* 3. Ut fiat sumptibus remissionem petentis.

15. Quibus adde quartum requisitum ex *Farinac. d. quest 7. num. 43* Ut si remissus sit facinorosus ad locum delicti, novus processus contra eum instituatur, si prior judex incompetens, si vero competens, putat *Farinac.* priorem processum continuandum. Quod tamen intelligo nisi inquisitus prioris processus defectum alleget.

16. Fieri etiam potest, ut punitus ab uno judice propter unum delictum, petatur remitti ad alium judicem pro alio delicto

licto puniendus, de quo *Farinac. d. quest.*

7. num. 42.

Quæritur 3. circa hanc materiam, 17.
 fori competentis, quis judex, si reus in
 uno territorio inchoaverit delictum, in
 alio perfecerit, v. g. vulneraverit in
 hoc, & demum interficerit in altero ter-
 ritorio? Et quamvis *Dom. Carpzovius d.*
quest. 110. num. 18. cum Zangero. ita defi-
 niat hanc quæstionem, quod locus deli-
 cti consummati, non inchoati sit atten-
 dendus, cum delictum ex loco, ubi con-
 summatur, perfectionem accipiat. Sed
 quod pace Viri illius incomparabilis di-
 xerim; in jure nostro civili præferenda
 videtur sententia, quod, quando delictum
 ratione tam agentis, quam patiētis in uno
 territorio est inchoatum, in altero verò
 consummatum, ut in antea dato exem-
 plo; item, ut alio declarem exemplum, si
 quis virginem rapuerit in hac provincia,
 & ei vim intulerit in alia, quod, inquam,
 in his & similibus casibus, Uterq; judex
 tam delicti inchoati quam consummati
 judex sit competens, & locus sit præven-
 tioni, ut tradunt *Felinus in c. ult. X. de*
foro compet. Everhardus in loco 42. à Con-
tractibus ad delicta num. 7. Marsil. in l.
un. n. 150. C. de Raptu Virginum. Farinac.
¶ 9. 7. num. 45.

18. Et ea sententia, ni fallor, probatur per l. i. C. ubi de criminibus. Per verba: *ubi commissa vel inchoata*, nam posterius verbum non de inchoato processu, sed de delicto cum *Wesemb.* ibidem, intelligendum esse puto, quod suadet contextus. Nam idem subjectum est, scilicet crimen & de eo dicitur, quod sit commissum vel inchoatum. Ergo posteriorius prædicatum non de processu, sed de delicto, de quo prius prædicatum dicitur, intelligendum est. Accedit, quod ibi non quæratur de præventione, sed fo-ro competenti.

19. Quæritur 4. Si delictum in confinio commissum, & in specie homicidium, & nesciatur ubi factum ipsum vel cædes perpetrata, quis judex competens? Variæ sunt hac de re sententiæ, nos missis illis amplectimur sententiam *Carpzovii d. quest.*
 110. num. 34. id scilicet arbitrio judicis committendum, qui ex circumstantiis, indiciis & præsumptionibus in quo~~s~~unq; facto occurrentibus, præsertim ex apparitione sanguinis, aliisq;, id decidere, & præsertim patientis potius, quam agentis locum considerare debet. In dubio sanè utriusq; cognitio est. *Farinac. d. quest.* 7. num. 51.

Quintò quæritur de delicto in via publica commisso, quando via publica in alterius territorio est, qui ibi merum imperium habet? & hic jus inquirendi non judicis cuius territoriorum est, sed principis ad quem regalia spectant esse, verius est & communiter receptum, per tradita *Sixtini de Regalibus cap. 2. num. 16.*
Georg. Schulte in synopse feudali cap. 7. num. 137. *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 400.* *Schneidew. ad §. fin. n. 8.*
Inst. de l. N. G. & C. Dom. Carpz. d. quest. 110. num. 41. ratio huius sententiae est quia viæ publicæ s. basilicæ die Ränsel. Heer- und Reichs. Straßen ad regalia pertinent. t. un. quæ sint regal. lib. 2. feud. tit. 56. *Rosenthal de feudis cap. 5. num. 20.*

Si vero in pago vel civitate in via publica fuerit commissum delictum, tunc ejus cognitio ad judicem illus loci pertinet, der die Straßen. Gerichte hat. *Zangerus de Except. part. 2. cap. 1. num. 242.* Et bunc allegans *Schulte. d. l. n. 140.*

Sextò quæritur, si quis judex competens quidem, sed r̄ eum non in suo territorio, sed in alieno, & quidem sub alio principe per suos ministros & executores ceperit, an contra eum captum inquisitionem formare possit? quod negat

Farinac. d. quæst. 7. num. 40. quia non debuit eum capere sub alieno territorio.

23. Septimò quæritur, an cuigratia delicti facta in loco delicti, vel qui absolutus, vel condemnatus est, possit in loco domicilii, vel alio foro iterum inquisitionis processu pulsari? Et *Farinac.* distinguit inter primum, & reliqua membra: quando enim gratia facta, tunc ab alio judice contra eum procedi non potest, si sint sub eodem principe, secus si sub diversis; quando verò absolutus est, vel condemnatus ab uno, ibi præventioni locus est, & ab alio judice, sive sub eodem sive sub diverso sit principe, processus inquisitionis reassumi non potest, nisi in priori collusio admissa vel fraus. *Farinac. d. quæst. 7. num. 26.* de quo plura cap. 6.

24. Notandum demum, quoties duo sunt judices competentes, uti ex dictis apparet id fieri potesse, quod tunc locus sit præventioni, ita ut ille, qui prius inquire cepit, alterum excludat, de quo latius *Farinac. d. quæst. 7. num. 52.*

25. Sed quia in specie interdum in causis stupri occurrit quæstio, an cognitio & inquisitio judici ei competat, qui merum imperium habet, an verò ei, qui mixtum habet

habet imperium sive jurisdictionem inferiorem. Et quoniam stupri simplicis poena hodie arbitraria est, non male forte dixerit Berlich. part. 5. concl. 38. in fine, ad jurisdictionem inferiorem eam inquisitionem pertinere.

Circa injurias quæri solet, si injuriæ factæ ipsi judici, an judex de injuriis sibi illatis inquirere ipse possit? Et communis est distinctio, quod injuria vel sit illata judicioratione officii, vel tanquam privato. In illo casu judicem ob injuriam, non tam sibi quam officio illatam, ipsum inquirere posse, non verò posteriore casu, ut testatur Clarus §. fin. quest. 35. num. 26.

26.

3

Sed Gail. lib. 1. obj. 39. num. 4. ad hoc requirit primò, ut injuria Magistrati ratione officii fuerit illata. 2. ut injuria sit evidens & notoria, nec altiorem probationem vel indaginem in facto requirat, 3. ut poena respiciat non interesse partis vg. si consul vellet agere ad pallinodiam, vel aestimationem injuriarum sibi applicandam; sed ut respiciat interesse Reip. 4. ut imponatur poena ordinaria. Confer. Dn. Carpz, in pract. Crimin. quest. 95. num. 84.

27.

29. Sed si inquisitus suspectum sibi esse dicat judicem, hoc sane casu non potest cognoscere, aut ad minimum tenetur ad jungere Notarium, ut in simili tradit Carp-zov. in Pract. crim. quest. 104. num. 68.

30. Ex dictis apparet reum, contra quem instituenda est inquisitio, inquirentis judicis jurisdictioni subjectum esse oportere, sed quæritur de clericis, an non illi ratione delicti in loco commissi criminis inquisitionem sustinere debeant? Et unanimi consensu docent omnes quod non nam clericci, tam in criminalibus, quam in civilibus, a judice laico iudicari non possunt. c. cum non ab homine. c. at si clericci. c. clericci, c. qualiter. X. de judic. C. si diligenti & c. signific. X. de foro compet. & simil. sicut nec laicus convenire potest & iudicari a judice Ecclesiastico. Quam utramq; regulam cum multis ampliationibus & limitationibus tradunt Clar. quest. 36. Farinac. lib. 1. quest. 8. per totam.

30. Cum autem fiduciario jure ex Pace Religiosa Principes Augustanæ Confessioni addicti in Imperio Romano jura Episcopalia administrent, certum est, Clericos esse sub jurisdictione Principum Augustanæ Religioni additorum. Consequens hinc est Principes etiam in delicta

atq; criminā Clericorum inquirere, in-
eosq; animadvertere jure posse, quamvis
pœnam eorum degradatio præcedere de-
beat, ut infrà dicetur.

Et hanc jurisdictionem quoad cau-
fas Ecclesiasticas & civiles, item quoad
delicta leviora, exequitur princeps per
Consistorium. Delicta graviora, si cle-
ricus in loco delicti deprehendatur, per-
tinent ad judicem secularem loci illius,
per tradita Dn. Carpz. lib. 1. quest. 2. num.
20. & quest. 110. num. 85.

Sed quid si nobilis delinquit in ur-
be municipali, habet ne Magistratus mu-
nicipalis potestatem coercendi nobilem
& contra eum instituendi processum in-
quisitionis? Tractat hanc controversiam.
Marth. Steph. lib. 2. de jurisdict. part. 2. c. 2.
n. 81. & seqq. Et rectè distinguit inter no-
biles, qui sunt in ministerio principis, &
semper in aula vivunt, & cæteros. Et de
illorum delictis negat municipalem Ma-
gistratum inquirere posse, sed quod ad
principem cognitio & punitio delicti com-
missi spectet. Quando enim exempta
est persona ab alicujus foro, est quoq;
exempta ejus familia, arg. l. un. C. si. qua-
cunq; præditus potestate &c.

33. Sed hoc intelligo de eo casu, si nobilis aulicus in ea civitate sit, ubi tunc princeps est, vel ubi principis negotia exercet, secus si in alio loco proprietorum negotiorum causa versaretur. Certa enim regula est; exemptum, si delinquit in loco non exempto, ut hic extra urbem, in qua residet vel versatur princeps, puniri secundum statuta & consuetudines illius loci, ubi deliquit *Bald. in l. i. C. ubi Senat. vel Clariss.*

34. Sed nobiles, qui non vivunt in aula principis, ubi cunq; locorum isti delinquent, etiam in urbe ubi residet princeps, puniri possunt a Magistratu municipali urbis, si ille habeat in loco delicti merum imperium. Nam regulariter delictum tribuit forum, cuius nulla hic reperitur exceptio. Eo enim ipso quod nobilis in urbe delinquit, se ejus judicis jurisdictioni subjicit. *Auth. qua in provinc. C. ubi de criminis. Et idem in militie, per l. desertorem 3. ff. de re milit. nec non clero ut supra dictum. Et ita etiam sentit Fachsius tomo 2. conf. illustr. conf. 46.*

35. Quamvis sciam distinguui solere hodie, utrum urbs in loco delicti ceperit nobilem, & tunc contra eum procedere posse inquirendo, secus esse si aufugerit

& jam in suis bonis degat, nam tunc eum citari non posse, sed cognitionem esse principis.

In casu Robbariae seu rapinæ habemus dispositionem claram in conventione Sereniss. Elect. Brandenb. cum Ducibus Pomeraniæ & Megapolit. inita anno 1617. die 22. Januar. s. Und sol hierwider ibi: Und sol hierwider keine adeliche / oder einzige andere Befreyung etwas gelten oder schaffen/ sondern solche alle und jede / wie die hiesen und Namen hätten / und keine ausbeschieden / werden hemm gänzlich cassiret und aufgehoben. Denn es ja mit solchen Befreyungen allen also geschan / daß dennoch salus populi suprema lex bleibet mus. Auch kan keiner / der sich Mordens / Strauchreitens / Raubens und gewaltsamen Sechliens befleist / einer rittermässigen oder Privilegit schigten Personen mehr werth seyn

Studio si delinquant capitaliter, 37.
cognitio est vel Academiæ, vel Principis,
vel Episcopi. Sed id in loco & urbe, ubi
Academia sita. Secus, si alibi locorum
in aliis urbibus delinquant, per traditam
superius ex Baldo regulam.

Satis jam de foro competenti, lu-
bet jam de requisitis judicis crimin alis
paulum.

paulum differere. Et primò quidem iudex debet esse Vir bonus , sive bonus Christianus , probitate vitæ conspicuus , debet esse vacuus qvatuor illis affectibus , de quibus in c. quatuor . C. II. quest. 3. qui his versibus exprimuntur .

Quatuor ista , timor , odium , dilectio , census ,
Sæpe solent hominum sanos pervertere mores .

39.

Caveat etiam , ne severitatis affectione , aut inani clementiæ gloriâ , quid durius vel remissius statuat . l. respiciendum ff. de pœnis . Perniciosè enim errat judices , qui severitatis gloriam effectantes , crudelis & atroces sunt . Sicut enim misericordia sursum ad Deum levat , ita severitas deorsum in infernum dejicit , ut ex aliiis tradit Sigismund . Scaccia lib. 1. de judic. caus. civil. &c. cap. 86. num. 3. ubi dictum Augustini adducit . Imple Christiane iudex pii patris officium , sic succensere impietati memineris , ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem , sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem . Et ex Gregorio : sit amor , sed non emolliens : sit rigor , sed non exasperans ; sit Zelus , sed non immoderatè seviens ; sit pietas , sed non plusquam expedit , parcens .

40.

Nam si humanum sitiant sanguinem , ita ut in condemnatione glorientur , efficiunt .

ciuntur homicidæ, quamvis culpabilem condemnent. *Boss. in tract. criminis. defavore defens. num. i.*

Considereret bonus judex illud Salomonis, *Spiritum Sapientiae non intrare animam sceleratam, nec habitare in corpore peccatis obnoxio.*

Considereret illud Josaphati Regis Iudeæ 2. Chron. 19. v. 6. & seqq. quoties criminalia tractat negotia. *Videte quid faciatis, non enim pro homine exercetis judicium, sed pro Jēbova, qui vobiscum est in rebus judiciariis; quare nunc insit pavor Jēbova vobis: observeate & facite. Non enim est apud Jēbovam Deum nostrum iniquitas, aut acceptio personarum, aut sumtio muneris; perpendat itentidem illud: initium Sapientiae esse timorem Domini.*

Sint prædicti virtutibus illis, quas in judice requirit Jethro sacer Mosis. *Exod. 18. vers. 21. ut sint viri strenui, timentes Deum, veraces & osores turpis lucri.*

Orent cum Salomone 1. Reg. 3. v. 9. *Des Domine servo tuo animam intelligentem ad judicandum, discernendo inter bonum & malum.*

Secundò debet inquisitor seu judex esse Vir prudens, ubi enim majus versatur periculum, ibi major adhibenda est

prudentia c. ubi majus de Elect. lib. 6.
Scaccia lib. 1. de judic. caus. civ. &c. n. 7.

46. Tertiò vir doctus: Nam ut ait Au-
gust. Ignorantia judicis plerumq; est calami-
tas innocentis, de Civit. Dei lib. 19. cap. 6.
quem allegat Robert. Annaeus lib. 2. rerum
judic. cap. 16.

47. Quæ requisita conjunxit Carolus V.
Imperator. artic. 1. Constit. sue Criminalis.
Esstlich sezen / ordnen und wollen wir, daß
alle peinliche Gerichte mit Richtern / Ur-
theil / und Gericht-Schreibern versehn und
besetzt werden sollen / von frommen / ehrba-
ren / verständigen und erfahrenen Personen/
so rügendlichst und best / dieselben nach Ge-
legenheit jedes Orths / gehabe und zu be-
kommen seyn. Dazu auch edelen und ge-
lehre gebraucht werden mögen. Zu demt
allen eine jede Obrigkeit möglichen Fleis
anwenden sol / damit die peinlichen Gericht
zum besten verordnet / und niemand unrecht
geschehe / als denn zu diesen grossen Sa-

NB. chen / welche des Menschen Ehr / Leib / Le-

NB. ben und Gut belangen / dapser und wol-

NB. bedachter Fleis gehöret. Drumb denn in
solcher Übersfahrung niemands mit recht-
mässigem vorträglichem Grund seine Ver-
läffung und Hinlässigkeit entschuldigen
mag / sondern hiltlich derhalb Vermöge die-
ser Ord-

ser Ordnung gestrafft. Daß also alle O-
brigkeit / so peinliche Gerichte haben / hiemie
etnftlich gewarnet seyn sollen / ic. Sed
quam benè hic articulus primus obser-
vetur, experentia , proh dolor ! testatur,
dum in oppidis saepe per homines litera-
rum atq; negotiorum criminalium plane
non expertos, in pagis per rusticos, aut
alias indoctos criminalia expediuntur, ju-
dicis Criminalis juramentum vide art. 3.
Criminalis Constitut.

Sed porrò ut pergamus, quia usu
sæpè venire solet, ut habens merum im-
perium id aliis deleget, ac sic per alios id
expeditat quæritur, an hoc jure quis fa-
cere possit ? Et jure civili quidem expe-
ditum est, merum imperium aliis man-
dari & delegari non posse , quia speciali-
ter beneficio principum vel legum tribu-
itur, qualia mandari & delegari non pos-
sunt. l.i. ff. d. offic. ejus cui mand. jurisd.
l. nemopoteſt 70. ff. de R.. l.

Ideoq; judex ordinarius & præcipue
nobiles habentes merum imperium, ipsi
debent capitali judicio præsidere d.l.70.
& art. 2. Ordin. crim. ubi ita imperator
ait: Welche Personen von ihrer Güter we-
gen / die peinliche Gerichte zu besitzen schul-
dig seyn / und dasselbe aus Schwachheit

oder Gebrechlichkeit ihres Leibes; Vernunftl
Jugend / Alter / oder anderer Ungeschick-
lichkeit halben; nicht besitzen oder verwesen
möge / so offe das aus Mord (NB.) ge-
schicht; sol der oder dieselbtige andere tüchtige
Personen zu Besitzung des peinlichen Ge-
richts an ihre Statt ordnen und bestellen /
mit Wissen und Zulassen desselben Ober-
Richters. Ex quo apparet, citra casum
necessitatis quemlibet nobilem vel ali-
um judicem ipsum præsidere debere judi-
cio criminali *Clarus* §. fin. quest. 41. *Mat-
thias Steph.* ad dict. art. 2. *Petrus Gilken-*
ad l. placet. *C. de pedan. judic. num. 19.* &
alii.

50. Sed excipiuntur in jure casus aliquot.
num. 1. princeps causas meri Imperii de-
legare potest. *l. fin. pr. C.* ubi *Senatores*
vel Clarissimi. *Pruckman.* *l. 2. conf. 4. n. 30*
51. 2. Excipitur causa absentiae *l. 1. pr.*
ibi. si ab esse cäperit. ff. de offic. ejus cui man-
data jurisd.
52. 3. Excipitur morbus Sonticus, per
l. quæsum. 60. ff. de Rejudic. Bart. & Lar-
son. in d. l. i. ille num. II. hic n. 77. & d.
art. 2. *Constit. Criminalis.*
53. 4. Excipitur, si propter ætatem ju-
venilem, aut decrepitam, vel mentis im-
poten-

potentiam, & similem defectum, causis
criminalibus præsidere nequeat d. art. 2.

5. Aliqui jure canonico causas cri-
minales delegari posse existimant, per c.
in Archiepiscopatu. X. de Raptor, c. licet X.
de officio Vicarii. c. cum Episcopus. X. de offic.
Ordinarii. Sed rectius sentiunt Didacus
Covar. lib. 3. var. Resolut. cap. 20. & Petrus
Gilkenius, qui d. l. n. 26. & s. tribus in ca-
sibus id tantum admittit. 1. quādo à sum-
mo principe fit delegatio, de quo casu su-
pra exceptione primā. 2. Si ab Ecclesi-
sticis esset inferenda pœna sanguinis, tunc
enim coguntur hoc aliis committere. c.
fin. X. ne clerici vel monachi secularibus ne-
got. lib. 6. 3. Si Episcopus Viçarium,
constituat c. pen. X. de offic. Vicar.

Quicquid sit de jure Canonico, se-
quimur hoc in puncto jus civile, ut in ter-
minis Pruckmannus habet vol. 2. conf. 4.
num. 12. nam ratio cur jure Canonico
causa meri imperii sit delegabilis est hæc,
quod jure canonico pœna sanguinis non
inferatur, quæ ratio in foro civili non
militat, Pruckm. d. conf. 4. n. 13. & seq.

Sed in iis casibus in quibus delega-
tio causarum criminalium licita, duo vi-
denter requiri: 1. ut delegatio fiat cum
consensu superioris, per expressa verba.

dicti art. 2. *Mit Wissen uno Willen des selben Ober-Richters.* 2. Ut non delegatur universitas Causarum criminalium, sed tantum singulæ causæ Bart. Bald. nec non Angelus in d. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. Salyc. in l. placet. 2. num. 25. C de pedan. iudic. quos ibi d. l. Gilken. num. 24. refert.

57. De prorogata jurisdictione, ut aliquid addam, licet communiter Dd. existimét, jurisdictionem criminalem prorogari posse. Per allegata Clari §. fin. quest. 42. num. 1. Ubi tamen proceditur per inquisitionem non habet locum prorogatio Bald. in l. 1. in fin. C. ubi de crim.. cum enim hic non interveniat accusator, sed judex, nec non diffamatio, certè absurdum esset dicere quod judex ipse sum am jurisdictionem prorogare posset. Clarius d. quest. 42. num. 3.

58. Hactenus de causis principalibus exercentibus officium judicis inquirendo, iam de Ministris agendum paucis. Inter Ministros autem erant 1. delatores publici, qui officii necessitate delata denunciabant. l. divisus 6. ff. de Cui- stod. & exhib. reorum. l. ab accusatione 6. §. 3. ff. ad Sctum. Turpill. Qui Irenarchæ appellabantur l. ult. §. Irenarchæ 7. ff. de mun. & honor, l. un. C. d. Irenarch, lib. 10.

Sed

Sed hoc genus officialium in desuetudinem abiit.

Deinde inter ministros judicii necessarios numerantur etiam Actuarii, Notarii, Scribæ, exceptores seu Amanuenses, qui dicta actave excipiunt, & inquisita, omniaq; acta judicialia bona si de describunt e. quoniam contra ii. X. de probat.

Quo circa pro magnitudine & pondere seu dignitate negotii personarum habetur delectus, & elegantur ii quorum explorata est diligentia, fides vel capacitas pro negotio expediendo. Matth. Stephan. ad art. 5. Const. Crimin. qua in parte mirari s̄epe cogor multorum negligētiā & in re tam gravi inexcusabilem oscitantiam, qui negotium illud omnium, maximē arduum hominibus indoctis atq; inexpertis, s̄epe commendant ac committunt.

Sunt etiam ministri judicii criminis inquisitorii, ii quos instigatores, seu promotores inquisitionis appellant. Et illi in triplici sunt differentia. Alii n. id faciunt necessitate officii, ut irenarchæ, de quibus supra, item advocati & procuratores fisci, qui instare solent, ut judex contra delinquentis inquirat? Alii faci-

unt id ex commissione judicis, qui solet eligere aliquem, qui loco fiscalis adiustat inquisitioni. Demum aliqui id faciunt sponte, dum comparent in judicio, & subministrant testes, & indicia, contra reos inquisitos, *Clarus* §. fin. quest. 10. n. 3.

CAPUT IV.

De causis impulsivis inquisitionis.

SUMMARIA.

1. *Quid impellere debeat judicem ad inquirendum.* n. 1.
2. *An sine omni conjectura inquirere judex possit?* N. n. 2.
3. *An judex pro lubitu omittere inquisitionem possit?* N. n. 3.
4. *Prima causa impulsiva inquisitionis nempe notorietas delicti* n. 4.
5. *Quid sit notorium?* n. 5.
6. *Cur in Notorio etiam inquisitione opus sit?* n. 6.
7. *Secunda causa impulsiva, deprehensio in flagranti crimine* n. 7.
8. *Tertia causa, judicis scientia,* n. 8. & 9.
9. *Quarta causa, fama;* n. 10.

10. *An fama sit necessarium & unicum requisitum inquisitionis.* n. 11, 12, & 13.
11. *An si fame autor sit incertus, judex inquirere debeat?* A. n. 14, 15, 16.
12. *Quinta causa, querela partis lese.* n. 17, 18, 19, & 20.
13. *Sexta causa, denuntiatio.* n. 21, & 25.
14. *Quid sit publica denunciatio.* n. 22.
15. *Quenam requisita specialis denunciacionis,* n. 23.
16. *Quid judici, si delictum generaliter denunciatum faciendum?* n. 24.
17. *An omnes denunciare possint?* Aff. n. 26.
18. *An denunciator, si delictum postea probari non possit, calumniari presumatur.* n. 27.
19. *Septima causa, confessio socii criminis.* n. 28.
20. *Octava causa, confessio extrajudicialis,* n. 29.
21. *Vel coram incompetente judice facta.* n. 30.
22. *An contra talēm confessionem detur exceptio erroris?* A. n. 31.
23. *Nona causa, objectio criminis in causa civili,* n. 32.
24. *Decima causa, Comminatio,* n. 33.
25. *Undecima causa, conversatio,* n. 34.
26. *Duodecima causa, inventio rei furtive,*
n. 35.

27. *Decima tertia causa, fuga. n. 36.*
 28. *Decima quarta causa, inimicitia. n. 37.*
 29. *Decima quinta causa, transactio cum
parte lesa. n. 38.*
 30. *Decima sexta causa, vita genus. n. 39.*
 & 40.
 31. *Decima septima causa, habitus corporis.
n. 41, & 42.*

1. **Q**uando cunq; judex vult procedere inquirendo ex officio, non debet id proprio impulsu facere, sed debet aliquid præcedere, quod aperiatur viam inquisitioni, & judicem ad inquirendum inducat, & quodammodo ex necessitate officii impellat. *Clarus §. fin. quest. 5. num. 4.*
 2. Ideoq; non debet judex facile atq; incaute absq; omni quali quali etiam conjectura & præsumptione inquisitione accedere, quod illa præsertim, quādo apparet contra quem dirigēda sit, famam inquisiti apud honestos viros minuat & lædat. *Fac. Menoch. lib. 1. de præf. q. 88. n. 9. & seq. Cothmannus vol. 3. conf. 30. n. 155. & hos citans Carpz. in sua Pract. Crim. quest. 108. n. 62.* Et inquisitio formatā sine præcedentibus indicijs, ipso jure nulla est. *Farin. lib. 1. quest. 1. num. 40.*

3. Econtrario autem, si indicia vel causae impulsiva ad sunt, & tamen judex

processum inquisitionis instituere negle-
xerit, tenetur etiam de syndicatu, ut supra
diximus.

Inter eas autem causas impulsivas,
quæ judicem movent ad inquirendum, pri-
ma est, quando de corpore delicti constat
& delictum est notorium. *Clarus S. fin.
quest. 9.*

Notorium autem est, quod ita per
evidentiam rei probatur, seu conspectui
& visui hominum præbetur, ut nulla ter-
giversatione celari possit. *Scac. de judic:
caus. civ. & crimin. cap. 76. num. 4.*

Sed dicat aliquis quando delictum
est notorium, publicè etiam cognitus au-
tor delicti, cur attinet ulterius inquire-
re, præsertim cum *Clarus d. q. 9. n. 1.* di-
cat: in notorio crimen judicem juris or-
dine non servato, non tantum ad inqui-
rendum, sed etiam ad condemnandum &
executionem procedere posse? Sed resp.
ut ut crimen sit notoriū, nihilominus af-
sumendæ sunt judici informationes, tam
de delicto, quam de delinquente, eaq; re-
digendæ sunt in scripturam, nam si potest
negetur fuisse delictum notorium, hoc
ipsum ex actis poterit in continent pro-
bari, nec timere necesse habebit judex pe-
neculum Syndicatus. *Clarus d. q. 9. n. 5.*

*Scaccia d. quæst 76. num. 8. qui & num. 10.
monet, in notorietate probanda non du-
os testes sufficere, sed plures requiri.*

7. Secunda causa inquisitionis suscipi-
endæ est, quando quis in flagranti crimi-
ne deprehensus est. Nam tunc sine ulla
denunciatione vel querela partis judex po-
test procedere ad inquirendum, ut tra-
dit *Clarus q. 8. n. 1.*

8. Tertia causa impellens judicem est,
quando ipse judex videt ab aliquo malefi-
cium aliquid committi. Nam licet judex
qui secundum acta & probata judicare
tenetur, hoc Casu reum condemnare non
possit, potest tamē ad inquirendum proce-
dere, per tradita *Clar. id quæst. 8. num. 5.
Scac. de judic. caus. civil. & crimin.*

9. Et multo magis judex potest inqui-
rere, quando coram jūdice in judicio de-
linquitur: v. g. in calumniatorem. *I. i. C.
de Calumniat. falsum testem I. nullum C.
de testibus. falso utentem instrumento.
I. pen. C. de probat.*

10. Quarta causa impulsiva fama est seu
diffamatio, quæ loco accusatoris est. *Clar.
q. 6. n. 1. Farinac. lib. 1. quæst. 1. n. 50. qui
plures citat, adeo ut inquisitio suscep-
ta non præcedente fama, sit ipso jure nulla.
Farinac. lib. 1. quæst. 9. n. 1. ubi in seqq. re-
qui-*

quisita famæ tradit. Das gernelne Ge-
schrey / so wider einem oder den andern im
Lande erschallt/ Beweis gnug denselben an-
zugreissen und einzuziehen sein sol sunt ver-
ba Conventionis inter Sereniss. Elect. Bran-
deb. & Duces Pomer. & Megapol.

Sed non existimandum est, quo in
errore nonnunquam sunt nonnulli patro-
ni reorum, quasi fama cum suis requisiti-
bus sit necessarium requisitum inquisicio-
nis.

Nam notandum est, famam non esse 12.
unicam aut solitariam causam impulsio-
vam inquisitionis, quia potest alia causa
judicem impellere ad inquirendum. v. g.
delatio partis læsæ, uel aliæ causæ, de
quibus postea, Bossius tit. de Inquisit. num.
9. & num. 27. Pet. Heigius part. i. quest. 39.
num. 32.

Ideoq; recte Clarus quest. 6. num. 8.
& ex eo Farinac. d. quest. 9. num. 21. no-
tant, solennitatem diffamationis ab aula
recessisse, quos sequitur Benedict. Carpz.
part. 3. Pract. Crimin. quest. 108. num. 52.
& ad generalem inquisitionem etiam si-
ne ulla diffamatione judicem pervenire
posse, notat Farinac. d. quest. 9. num. 18.
& num. 20. notat si indicia alia adsint,
ea fortiora esse ipsa diffamatione.

Sed

34. Sed quæritur, si nullum aliud indicium delicti sit præter famam & de fama autore quod vir honestus sit, non constet, an ex tali fama judex procedere debeat ad inquirendum? R. quando modica fama est & rumor potius, eaq; non probetur traxisse originem ab honestis viris, tunc omnino perveniri potest ad inquisitionem generalem, ita ut testes super fama delicti interrogentur, & de autore delicti, modò nemo nominetur, sed in genere de delicto, ejusq; autore inventiendo agatur. Nam quam diu in generalibus manet judex, ad nullius injuriam spectare videtur inquisitio. *Clarus d. q. 6. n. 4. Bossius in tract. crimin. tit. de inquisit. num. 38.* Ideò enim instituenda est inquisitio generalis, ut de fama, an constans sit, & quem habeat autorem, appearat.

35. Nam concedunt omnes, in generali inquisitione testes etiam super fama interrogandos, & de fama inquirendum esse: quorsum autem inquireretur de fama, si jam antea de fama ejusq; qualitatibus appareret.

36. Quando igitur rumor aliquis de delicto graviori ad aures judicis defertur, præfertim si id sæpius fiat, & clamosa insinuatio

subsequatur, non debet hoc judex negl-
gere, sed in famæ originem & causam in-
quirere, ut suo loco fusiū docetur.

Quinta causa impulsiva inquisitio- 17.
nis est querela partis læsa seu offendæ,
qua præcedente, judex statim informa-
tiones ex officio adsumit. *Clarus S. fin.*
quest. 10. n. 1. Cothman. vol. 3. resp. 30. num.
109. Farinac. d. q. g. n. 11.

Et hæc quidem adeò vera sunt, ut, 18.
si pars læsa, v. g. vulneratus, in querela
sua nominasset certum delinquentem,
judex statim sine præmissa inquisitione
generali ad specialem pervenire possit,
juxta tradita *Scaccia lib. 1. de judic. caus.*
civil. crimin. cap. 73. n. 2.

Sed si delinquentem certum non no- 19.
minasset, generali saltem inquisitioni vi-
am aperuisset. *Scaccia d. l.*

Qvod autem nonnulli putant, quan- 20.
do pars offensa querelam defert ad Ma-
gistratum, quod tunc illa pro accusato-
re habenda, &c processus sit ordinarius,
aut certe tertium quoddam genus proces-
sus, nec judicem ex officio isto casu pro-
cedere posse: id rectè reprobat refutatq;
Dn. Carpz. d. quest. 108. n. 54.

Sexta causa est denunciatio, si quis 21.
denunciet judici, delictum esse commis-
sum.

sum. Est enim denunciatio notificatio maleficii commissi: Et est triplex; alia Evangelica, juxta c. si peccaverit C. 2. q. 1. & dirigitur ad correctionem; alia canonica, quæ dirigitur ad agendum pœnitentiā; alia judicialis, quæ sit ob pœnam. Estq; vel publica vel privata, illa ad pœnam Reip. pendendam, hæc ad damna parti sarcienda.

22. Publica denunciatio, de qua hoc loco agimus, est vel generalis, in qua nullus certus nominatur delinquens, sed tantum delictum exprimitur; vel Specialis, in qua certus delinquens exprimitur. *Scac. lib. 1. de judic. cap. 71. num. 2.*

23. Specialis autem denunciatio requirit, 1. scripturam, 2. expressionem delicti, 3. nomen delinquentis, 4. nomen denunciantis, 5. juramentum, quod ego de calumniæ juramento intelligo. *vide Scac. d. 1.*

24. Sed postquam denunciatum est in genere delictum esse commissum, prius est inquirendum de corpore delicti (qua de re postea suo loco) & reperto delicto, inquirendum in autorem delicti, si delictum facti permanentis; nam si delictum facti transeuntis, sufficit si judex statim inquirat in delinquentem, nam ex informati-

one

one hac patescit veritas delicti, cum tali delicta aliter probari vix possint. vide *Scac.* n. 3.

Distincta autem hæc causa est, à præcedente, quia querela illa, de qua in causa præcedenti dicebatur, profertur à parte læsa; denunciatio autem, de qua hoc loco ab officiali vel alio fit privato etiam non læso, sed tertio.

Sed quæritur an omnes denunciare possint, etiā qui ab accusando alias repeluntur? Et *aff. Clarus qvæst. 7. num. a.* cum ipsi homines, qui officii ratione denuncient, ut plurimum personæ pauperes & viles esse solent.

Et tales denunciatores, si ratione officii denuncient, non præsumuntur calumniari, licet absolvantur rei, sed si voluntariè id faciant, præsumuntur calumniari, nisi causam denunciatiouis probabilem possint probare. vide *Clarum d. q. 7. n. 12.*

Septima causa ad inquirendum est confessio socii criminis, quæ is confitetur alium fuisse criminis sui socium. Nam quamvis nemo de socio regulariter interrogandus sit *I.f. C. de Accusationibus.* nisi in criminibus exceptis, aut iis criminibus, quæ regulariter sine sociis patrari non possunt. *Ant. Gometz lib. 3. resolut. c.*

12. num. 16. Clarus §. fin. quest. 21. num. 3.
 Si tamen in casibus permisso super sociis
 fuerit, interrogatus facinorosus, indici-
 um is faciet ad inquirendam. Clarus d.
 q. 21. n. 4. Sigism. Scaccia lib. 1. de judic.
 c. 81. Sed an ad torturam faciat indici-
 um, alterius est loci. Hoc enim loco tan-
 tum de inquisitione suscipienda agimus.

29. Octava causa inquisitionis forman-
 dae est, quando aliquis ipse extra judici-
 um fatetur delictum. Nam tunc suffici-
 entem causam habet judex inquirendi,
 Clarus d. quest. 21. num. 31. ubi eam eti-
 am causam sufficienatem torturæ esse ait
 quod etiam probatur per art. 32. Ord.
 crimin. ibi: So einer &c. gnugsam über-
 wiesen wird, daß er von ihm selbst Ruhm's
 oder ander Weise ungenötigter Ding ge-
 sage hat, &c.

30. Hac pertinet etiam confessio rei coram
 judice incompetenti Clarus d. quest. 21.
 num. 32. nec non confessio rei coram com-
 petente judice, sed tanquam coram priva-
 to & extra locum judicii, & non apud a-
 eta. Clarus d. l. n. 35.

31. Semper tamen haec intelligenda sunt,
 nisi postea errorem allegaverit, & proba-
 verit seipsum. Nam errore confessionis pro-
 bato

bato, cessat præsumptio ex confessione
nata.

Nona causa impulsiva inquisitionis est, 32.
si in causa civili civiliter intentata, per mo-
dum exceptionis vel replicæ, actori vel reo
vel testi crimen objiciatur. Tunc enim
judici, si judex competens sit, via aperi-
tur ad inquirendum *Clarus quest. 19. Scac-*
cia dict. lib. 1. cap. 74. & seq. Heig. part. 1.
quest. 39. num. 40. ubi exemplo id decla-
rat: Si reus contra actorem utentem in-
strumento, opponat exceptionem instru-
menti falsi.

Decimam causam inquisitionis con- 33.
stituunt minæ præcedentes delictum..
Nam si minas sequatur effectus, judicem
hæc movebunt ad generalem non tan-
tum, sed & specialem inquisitionem con-
tra comminantem formandam. *Clarus d.*
quest. 21. num. 37. Dambud. in praxi rerum
criminalium cap. 10. num. 20. Imò ex mi-
nis interdum etiam indicium ad torturam
oriri potest, juxta *art. 32. Ordin. Crimin.*
de qua tamen hic non agimus.

Undecimam causam constituit cum 34.
malis conversatio. *arg. l. si plures. 3. §. 2.*
ibi: sollicitè curare qualiter converseretur ff. de
Admin. tutor. l. ediles 25. hoc autem 6. ff.
de ædil. edicto. Dambud. d. cap. 10. num. 3.

35. Duodecimam causam constituit inventio rei furtivæ, *Clarus d. q. 21. in fin.* Imò interdum concurrentibus aliis etiam hæc unica causa ad torturam sufficere potest, *per art. 43. constit. Crimin.* nedum ad inquisitionē, si sc. autorem nominare non possit *l. civil. s. C. defurtis & in dicta convent. Principum s.* Zum Beweis des Raubes sol dieses gung seyn / daben jemand die Güter oder Geld / so geraubt befunden würden / und er seinen Gewehrs man / von deme er solche an sich bracht / nicht anzeigen könne oder wolte / idg. in *Const. Crimin. art. 38. habetur his verbis:* Item So erfunden würde/ daß jemand der Güter / so geraubt sind / bey ihm / oder dieselben verkausse / übergeben / oder in anderer gestalt damit verdächtlicher weis gehandelt / und seinen Verkäuffer und Wehrmann nicht anzeigen wolt / der hat ein redliches Anzeigen solches Raubes halben wider sich / dieweil er nicht ausfändig macht das er nicht gewußt / daß solche Güter geraubet seyn / sondern die mit einem guten Glauben an sich gebracht habe.

36. Decima tertia causa est fuga alius per tradita *Clar. d. quest. 21. num. 18.* Menoch, lib. 1. presumt. q. 88. n. 21. Farin. lib. 1.

lib. i. quest. 48. num. 20. adeo ut ex fugæ
sive jam arreptæ sive præparatæ indicio
etiam ad capturam pervenire queamus.

Farinac. lib. i. tit. 4. quest. 27. num. 131.
Imò etiam ad torturam *Farinac. d. n. 20.*

Carpz. quest. crim. iii. n. 35. & alii.

Decima quarta causa viam aperiens 37.
Inquisitioni est inimicitia gravis, scil. quæ
inter offensum & inter inquirendum in-
tercessit, adeò ut hoc casu statim ad spe-
cialem inquisitionem venire queamus.
Clarus d. quest. 21. num. 30. Farinac. lib. i.
quest. 49. num. 105.

Decima quinta est transactio 38.
cum parte offensâ nam sive delictum
sit tale, super quo transigi possit sive
non sit, resultat tamen exinde præ-
sumtio saltem ad inquirendum. *Clar-*
rus d. quest. 21. num. 38. confer tradita.
Farin. q. 5. num. 18. & seq. qui quidem
de tortura loquitur, sed in fortioribus
terminis ea ad inquisitionem accom-
modari possunt. Notanda enim regula:
quæcunq; indicia in constitutione crimi-
nali ad torturam sufficientia judicantur,
ea multò magis ad inquisitionem suffici-
unt, argumento ducto à minus probabili
ad magis probabile.

39. Decimam sextam causā præbet vitæ gen-
ng. Ex hoc enim, quod equites peditesve in
cauponis publicis frequentius diversentur
contra eos oritur præsumtio sufficiens ad
inquisitionem Ita enim Impol. Car. V.
in Ordin. crimin. art. 39. Item So Reiss-
ge oder Fußnecht gewöhnlich bey den Wirt-
then liegen und zehren / und nicht solche
redliche Dienste Handthierunge oder Gült
die sie haben / anzeigen können / davon sie
solche Zehrung ziemlich thun mögen / die
sind argwohnlich und verdächtlich zu viel
bösen Sachen / und allermeist zur Raube-
rey / als sonderlich ans unserm / und des
Reichs gemeinen Land Frieden zu mercken/
darinn gesäz̄t ist / daß man solche Buben
nicht leiden / sondern annehmen / härtlich
fragen/umb ihre Mithändel mit Ernst straf-
fen sol. Desgleichen sol eine jede Obrigkeit
auff die verdächtigen Bettler und Land-
Fahrer auch fleißiges Aufsehens haben.
Idem habetur in dicta conventione Sere-
niss. Elect. & Principum. h. v. Inglet-
chem / so reissig Geſindlein / oder auch Fuß-
necht in Wirthshäusern legen und zehnen/
und doch ihre redliche Dienste Handthie-
runge oder Gewerb nicht anzeigen wü-
sten: Vermittelz welcher sie solcher Zeh-
nung treiben könnten: Die haben wider sich
einen

einen gnusamen Verdacht. Mögen darumb Inhalt des Reichs publicirten Land-Friedens wolangenommen, nach der schärfse besraget; und nach Besinden mit Ernstestrafft werden. Conferantur ea, que habetur in Kaiserl. Land-Frieden an. 1548. tit. von den Herrnlosen Knechten &c. & in Recessu Imperii zu Augspurg. anno 1551. §. Nach dem auch hin und wider, &c.

Quod de mendicis in d. art. 39. habetur, id de cingaris (von den Ziegelnern) intelligendum esse nemo dubitat secundum Remum in d. §. 39. huc pertinet etiam illud, quando quis prædonibus hospitium præbet, & multum cum ipsis conversatur, juxta art. 40. Ordin. Crim.

Decima sexta causa est habitus corporis alicujus personæ, v. g. si puella uterum solito majorem habuerit, & uterus subito deereverit, pallorq; faciei atq; vitium imbecillitas subsecuta sit, debet iudex ulterius inquire juxta art. 35. Ord. Crim. So man eine Dirne, so für eine Jungfrau gehet, im Argwohn hat, daß sic heimlich ein Kind gehabt und erödter habe, sol man sonderlich erkundigen, ob sie mit einem grossen ungewöhnlichen Leibe geschen worden sey; Mehr, ob ihr der Leib kleine worden, und darnach bleich oder

schwach gewest seyn: So solches und der gleichen erfunden wird / wo denn dieselbe Dirne eine Person ist / dazu man sich der Verdachten That versehen mag / sol die durch verständige Frauen an heimlichen Gräden / als zu weiterer Erfahrung dienstlich ist / besichtigt werden / &c. ubi in seq. art. Imp. ait: Qua mamillas puellæ ab obsterice contrectandas & tentandum esse, an lac exprimi possit.

42. Sed Magistratus raro hæc curare, sed ferè talia negligere solent. Præsertim si sit claris orta parentibus. Cujus rei rationem reddent illi, qui nullius personæ respectum habet. Atq; hæc sunt potissimum causæ impulsivæ, quæ judicem ad inquirendum impellere possunt.

CAPUT V.

De criminibus in quibus licita est inquisitio.

S U M M A R I A.

- 1. An de omni crimine inquirere liceat?
- 1. num. 1.
- 2. Quid de consuetudine. num. 2.
- 3. Exemplis id declaratur. n. 3. & seqq.
- 4. An judex etiam ratione usurriae pravitate inquirere possit? A. n. 4.

5. An super injuriis verbalibus. N. n. 5.
6. Casus in quibus etiam super injuriis verbalibus inquiritur. n. 6.
7. An in crimen adulterii? n. 7.
8. An contra frequentatores tabernarum & lusores? A. n. 8.
9. An contra blasphemantes? A. n. 9.
10. An contra testem falsum? A. n. 10.

Quamvis inter JCTos non benè conveniat, utrum regulariter, jure civili de omni crimen, an verò de certis criminibus inquirere judici liceat, quorum illud defenderunt *Salyctus in l. ea quidem. C. de accusat. & præprimis Gometz. tom. 3. resolut. cap. 1. n. 49. versic. nono & finaliter dico*, ubi hanc sententiam aliquot argumentis firmat, quos cum aliis laudat *Petr. Heigius part. I. quest. 39. n. 7. & seqq.*

Inter omnes tamen ferè convenit, 23 hodie consuetudine in omnibus delictis posse judicem inquirere. De qua consuetudine passim Dd. testantur, quorum longam seriem compilarūt, calculo etiam suo addito *Farin. lib. I. quest. 1. num. 10. Heig. d.l. & alii*: modò crimen sit magnum & scandalosum per quod Reip. tranquillitas turbetur. *arg. l. levia 6. ff. de Accus. a.*

inquisitionis 21. de Accusat. Boss. in praxi rerum crim. cap. 8. num. 7. Bened. Carpz. quest. 107. num. 23. & seqq.

Nos igitur hoc loco non adducemus exempla criminum atrociorum; sed eorum, quæ leviora videntur exemplis hanc regulam declarabimus, de quibus dubitatio judicii obrepere posset.

¶ Et primo quidem quæritur, an iudex Ecclesiasticus, sive apud nos etiam secularis iudex, possit inquirere ob usurariam pravitatem & eam punire? quam quæstionem prolixè tractat *Mar. part. 6. speculifuit.* Et pervenitur aliquando per viam inquisitionis. n. iii. ubi primò refert sententiam, negantem, sed postea amplectitur affirmativam sententiā quia negari non potest, esse hoc crimen magnum & furto simile *Dn. Carpz. part. 2. Pract. crim. quest. 92. n. 1. & seq.* Et conqueritur *Mar. d. l. n. 124.* quod suo tempore multum inoleverit usurariorum temeritas, & instigante Diabolo acrius exerceatur à nonnullis Christianis, (epicuri de grege) quam à Judæis & infidelibus. Et jure canonico crimen hoc esse negari non potest, & quidem in quod inquirendum deficientibus accusatoribus. c. cum in diæces. 15. X. de Usuris, quod in Imperio Romano Germa-

nico tanto minus dubium est, quò plures reperiūtur Recessus Imperii, quibus pœnæ contra usurarios sunt definitæ, ut ex Recessu Augustano de anno 1500. tit. von wücherlichen Contracten. reformat polit. August. de anno 1530. & de anno 1548. tit. von wücherlichen contracten, apparet: atq; ita ad requisitionem Magistratum in processibus inquisitionis, ratione usurariæ pravitatis pronunciari solere tradit. *Carpz. d. l. num. 31.*

Quæritur secundo, an in causis injuriarum verbalium inquisitio locum habeat? Et resp. quod non, quia injuriæ verbales ad delicta majora referri nequeunt per tradita. *Carpz. d. q. 107. n. 32.* ubi quidē de foro Saxonico loquitur, sed tamē juris civilis hac in parte eadē videtur ratio.

Excipiuntur aliquot casus 1. si intuitu officii Magistratui illata injuria. *Carp. d. l. num. 32.* 2. si injuria esset notoria, *Carpz. d. l. num. 34.* nam certum est, ex injuriis publicè illatis, sāpius etiam Reip. tranquillitatem turbari. 3. Ni-
si injuria illata personæ pauperi & misera-
bili: eo enim casu judicem ex officio
procedere debere concludit ex *l. 9. §. 5.*
f. de officio proconsulis. *Manant. d. l. n. 132.*
Idq; saeris literis consonum est: nam ta-

5

6.

les personæ miserabiles accusationis processum instituere non possunt, nec audent. Ideoq; lobus testatur, se non cohibuisse se ab optato tenuum, nec oculos viduarum confecisse. Et *Esa. c. 1. v. 17.* dicit Jehova: *Discite benefacere, querite jus, beate oppressum, jus dicite pupillo, suscipite causam viduae.* Et *Jerem. cap. 5. v. 28.* conqueritur Dominus Israelitas non judicare causam pupilli, & jus egentium non judicare. Et idem Propheta *cap. 22. vers. 3.* monet. *Eripite eum, qui impinam patitur, è manus oppressoris, & similia.* 4. Magistratus injuriam scholari illatam ex officio vindicare potest argt. *Auth. habita. C. n. filius pro patre. Maranta d. l. n. 159.* Simile habemus in legatis relictis pio loco, quo casu, si haeres vel alius pia legata exolvere nolit, tandem ad fiscum eadē volvuntur, juxta *Auth. hoc amplius C de fideicom.*

7. 3. Quæritur, an in crimine Adulterii concessa sit Magistratui inquisitio? *Maranta d. tit. n. 170.* distingvit, utrum præcesserit accusatio mariti vel alterius, atq; accusator desistat, quo casu licitam esse putat inquisitionem; an verō nulla accusatio præcesserit, & non posse judicata inquirere, nec posse fadare connu-

bia matrimonii, juxta l. quamvis 30. C.
d. Adulter. Sigism. Scaccia lib. 1. de judic.
caus. civ. & crim. c. 84. n. 34. negat simili-
 ter in crimen adulterii judicem ex officio
 procedere posse: nisi esset persona de ad-
 adulterio publicè infamata. *Afflict. dec. 176.*
 Sed quicquid sit, passim ubivis locorum
 in Germania nostra hac in parte sequi-
 mur jus divinum, quo certum est, ju-
 dicem ipsum debere ex officio vindica-
 re adulterium. Nam *Levit. 20. vers. 10.*
 legitur, qui adulteravit uxorem proximi sui,
 morte plecti jubetur, etiam nemine accu-
 sante; & adulterio terram pollui colligi-
 tur ex *Jeremiæ cap. 3. vers. 1.* idq; ex aliis
 locis plurimis probatur. Et id quotidiana
 Experientia totq; præjudicia occur-
 rentia satis superq; demonstrant.

Quarto queritur, an contra frequen- 8.
 tatores tabernarum & lusores inquisitio
 cōpetat? Et resp. affirm. *Marant. d. l. n. 202.*

Eadem ratione & ob blasphemias in- 9.
 quirere ex officio judex potest, & debet,
 per tradita *Lud. Gilhaus. in arbore crim.*
cap. 3. part. 1. num. 15.

Ita & judicem in testem, quem in 10.
 falso deprehendit, inquirere posse, tra-
 dunt Dd. per textū expressum in l. nullum
C. de testibus.

CAPUT VI.

*de personis, contra quas forman-
da est inquisitio.*

SUMMARIA.

1. *Constare debet judici, an contra illam eti-
am personam inquisitio licita, n. 1.*
2. *An contra eum, qui in alio processu absolu-
latus vel condemnatus? N. n. 2.*
3. *Hoc limitatur n. 3, 4, & 5.*
4. *Quid de absoluto n. 6, 7, 8, & 9.*
5. *An contra mandantem inquirere judex
possit, ubi de principali delinquentे non
constat? N. n. 10.*
6. *An contra eum, qui cum parte lœsa trans-
egit? A. n. 11, & 12.*
7. *Quid si cum fisco transegerit? n. 13.*
8. *An contra eum inquiri possit, qui gratiam
delicti a principe impetravit? N. n. 14.*
1. *P*ostquam judex certus est, sibi com-
petere potestatem inquirendi delictū,
etiam denunciatum crimen, tale esse, ut
inquisitionem mereatur, proximum est,
ut accipiat, an etiam contra personam,
quæ infamata est, processus inquisitionis
formari possit. Non quærimus hic de eo,
an persona forum sortiatur coram judice

CAPUT VI.

61

inquisituro, sed id præsupponimus, & de eo supra satisactum *cap. 3.* Sed hoc saltem considerandum hic judici proponitur, an non personæ qualitas, vel facti circumstantia inquisitionem impedit?

V. g. quæritur an contra aliquem, 2.
qui in alio processu, sive is sit ordinarius, sive extraordinarius, vel informativus, est condemnatus vel absolvutus, inquisitio institui possit? Et quod ad condemnatum attinet, meritò id negatur: quia obstaret exceptio rei judicatæ. *Boërius decis. 289. num. 9. Farinac. lib. 1. q. 4. num. 1. & 2.*

Sed id limitatur 1. Si quis ab alio judice, sive ex officio, sive ad instantiam accusatoris, per collusionem, minorem, quam par est, sustinuissest pœnam, *Farinac. d. quest. 4. num. 2. l. si quis homicidii 11. C. de Accusat.* quæ sententia sua luce patet. nam alias quilibet ordinariæ Pœnæ se subtrahere posset. Et collusio alias in jure odiosa. per *l. 3. ff. de Adult. l. 3. §. 1. ff. de prævaricat.*

Secundo limitatur id, quod de condemnato, non inquirendo, dixi, quod scil. non habeat locum in eo, qui in foro Ecclesiastico ad pœnitentiam publicam fuit condemnatus: *Farinac. d. quest. 4. num.*

4. n.s. & seq. cuius ratio est, quia pœna in foro Ecclesiastico imposta non tollit civilem nec contra. Farinac. d.l. & Wensem. in ~~w.~~ tit. de Adult. num. 21. Nam per pœnam canonicam, seu pænitentiam publicam, seu, ut apud nos vocatur, per publicam deprecationem satis fit tantum Ecclesiæ, quæ isto scandalo offensa, per pœnam civilem autem satis fit Reipubl.

5. Tertiò limitatur nisi de crimen*pri*ūs actum fuerit incidenter, & per modum exceptionis, & non irrogata sit criminosa pœna ordinaria, sed extraordinaria mitior. Nam si v. g. testi objiciatur, quod sit adulter, & hoc in judicio civili probetur, extra ordinem punitur. c. i. X. de except. cap. cum dilectus 2. §. fin. X. de ordine cognit. & ipsius testimonium reprobatur, quod non nullam infamiam facti licet non juris inurit. Sed postea hoc non obstat, quominus iterum in processu inquisitionis de adulterio queratur, & ordinaria pœna infligatur. Nam sicut processus inquisitionis & secuta condemnatio non obstat, quominus in civili iudicio reprobari possit, ita nec contra. Farinac. d. quest. 4. num. 39.

6. Quod de condemnato dictum, eum denuò de eodem crimen inquire non posse

posse, id etiam de absoluto dicendum, ita ut si aliquis à crimine fuerit absolutus, ab alio judice de eodem crimen inquire non possit. Bis enim de delicto quæri uon potest, & semel absolutus amplius molestari nequit *l. pen. §. fin. ff. nautæ, caupones &c. l. si cui 7. §. iisdem. 2. ff. de Accusat. l. qui de crimen 9. C. eodem. Maran- ta part. 6. Speculi tit. de inquisit. num. 48. Clarus §. fin. quest. 57. num. 1. Farinacius quest. 1. num. 51. & quest. 4. num. 1.*

Sed & hoc universaliter verum non est: nam limitatur hæc decisio nisi per collisionem fuissest absolutus, ut ex limitatione prioris conclusionis potest intellegi.

Secundum limitatur ut non habeat id locum, si quis non definitivè, sed ab observatione judicii tantum sit absolutus. Hunc enim omnino denuò inquire posse, uno ore omnes existimant. V.g. si ob processus nullitatem quis ab instantia fuerit absolutus per *l. libellorum 3. §. 1. ff. de Accusat.* vel si ideo absolutus, non quia non commisit crimen, sed quia non probatum *Clarus §. fin. quest. 57. num. 2. Fari- nac. d. quest. 4. num. 23. ubi plures allegas;* quod posterius in dubio præsumitur. *Clar- rus d. quest. 57. num. 3.*

9. 3. Limitatur, ut sicut condemnatus incidenter in judicio civili, non prohibetur iterum inquire; ita multo minus prohibetur ille denuo inquire, qui in civili judicio à crimine per exceptionem vel civiliter opposito fuit absolutus *Farinac. d. quæst. 4. num. 39. & seqq.*
10. Secundo principaliter in hoc capite queritur, an contra mandantem vel auxiliante inquirere liceat ubi de eo, qui principaliter delinquisse dicitur, nondū constat? quam quæstionē *Farin. lib. 1. q. 3.* tractat & decidit negativè post alios, quos allegat. n. 1. & per rationes, quas producit *num. 2. & 3.* Limitat tamen *num. 6. & seqq.* 1. nisi versemur in talibus delictis, in quibus solus conatus vel mandatum, sine effectu subsecuto animadversionem meretur. 2. nisi de delicto principalis delinquentis constet, sed persona delinquentis ignoretur. His enim casibus omnino contra mandantem inquire potest, licet de eo, qui principaliter delinquisse dicitur, nondum constet.
11. Tertio queritur: Cum sæpiissime facinorosi, præsertim in homicidio, cum parte offensa, v. g. cum cognatis hominis imperfecti, transfigere soleant, an Magistratus transactione ejusmodi non obstan-

te, contra eum qui deliquit, processum
inquisitionis formare possit & debeat? Et
communissima verissimaq; sententia Dd.
est, transactionem partis non obstat, quod
minus judex ex officio inquirere possit,
Boss. in præt. crim. tit. de pace num. 9. Ma-
ranta part. 6. tit. de inquisit. num. 55. & 57.
Clarus §. fin. quasi. 58. num. 1. Farinac. lib.
I. quest. 4. num. 32. & Dom. Carpzovius q.
148. num. 6. cuius rei rationes sunt in pro-
ptu, quia pars licet in sui præjudicium
pœnam remittere possit l. pen. C. de pactis,
*id tamen non potest facere in præjudici-*um Reipubl. & jus quæsumum Reipublicæ**
*pacto privatorum tolli nequit l. jus publi-*cum 38 ff. de pactis.**

Atq; id etiam placuit Sereniss. Ele- 12.
ctori Brandenb. & Princepibus vicinis in-
allegatz convent. §. Und hinc idem ibi:
Und hinc idem sichter die hohe Obrigkeit
keit nichis an, ob sich gleich die Räuber
mit dem Veraupten, oder des Ermordeten
Freunden heimlich oder öffentlich vereig-
gen: Sondern die persecution der Mör-
der und Räuber bleibt der hohen Obrigkeit
ratione interesse publici bislich bevor.

Illa alia est quæstio, an ob transactio-
nem partis offendæ minui pœna debeat?
Qua de quæstione agit *Treutl. & ibi Ba-*

vol. i. disp. 7. th. 5. lit. D. & Dn. Carpz. d.
quest. 148. num. 23. & alij.

13. Diximus reum inquire posse, licet transegerit cum parte offensa. Aliud autem si transegerit cum fisco, nam tunc inquisitio à fisco vel ejus procuratore institui non potest. Farinac. d. quest. 4. num. 36. & Dn. Carpzov. d. quest. 148. n. 14. quomodo a Magistratus cum facinorofo transigere poterit infra dicetur.

14. Quod si reus gratiam delicti à principe impetraverit, talem à judice ordinario denuò inquire non posse ex supra dictis patet, & tradunt Dd. perl. 1. & t. t. C. de sententia passis. Farin. lib. 1. quest. 1. num. 52. & quest. 6. num. 1. Clarus quest. 59. num. 1. modò ei principi judex sit subiectus.

CAPUT VII.

De generali Inquisitione.

SUMMARIA.

1. Generalis inquisitio juxta leges suscipienda & sine affectibus pravis. num. 1. & 2.
2. Corpus delicti investigandum. n. 3.
3. Licet reus delictum sit confessus. 4.
4. Quomodo constare debeat de corpore delicti. n. 5.

5. Quo-

5. Quomodo in delictis facti permanentis & transiuntis. n. 6, 7, 8, 9, 10, 11.
6. Exemplis id declaratur. n. 12, 13: & 14.
7. Requirendum illorum super corpore delicti judicium, qui istius artis sunt periti. n. 15.
8. Practica Doctorum circa corporis delicti inquisitionem. n. 16, & 17.
9. Quarequirantur in inspiciendo cadavere occisi. n. 18. & 19.
10. Taxatur judicum multorum oscitantis. num. 20.
11. Admonitio judicum. n. 21.
12. Quid inquirendum sit, ubi quis veneficio extinctus dicitur. n. 22. & 23.
13. Magna hic diligentia opus est, & ejus ratio n. 24, & 25.
14. Quid in homicidio inquirendo faciendum. n. 26. & seq.
15. Articuli inquisitionales generalis inquisitionis. n. 28.
16. Quid, si occisum nemo cognoscat de facie vel nomine? n. 29.
17. An exhumari corpus interdum possit? Aff. n. 30.
18. Examen testium in generali inquisitione debet fieri sine suggestione. n. 31.
19. In inquisitione generali inquirende sunt omnes circumstantia. n. 32.

1. DE forma Inquisitionis uberius volente Deo acturi, prius de generali inquisitione aliquid dicemus. Præmonendus a. judex est, quod inquisitionem non pro arbitrio suo, sed juxta leges & consuetudines probatas argt. l. absentem 6. C. d. Accus. formare debeat, ne exceptio ineptæ inquisitionis processum reddit nullum ut arg. l. libellorum §. 1. ff. de Accusat. monet Carpz. in Pract. crim. quest 107. num. 66.
2. Ideoq; debet inquirere judex sine odio, sine ulla offensione ac levitate. can. judicet. 4. C. 3. quest. 7. can. judicare 61. C. II. quest. 3. sine gratia l. in hæredem 5. ff. de caluminat. Sine præcipititia, Esai. 8. vers. 7. l. I. C. de Execut. Rei judic. c. non solum 77. C. II. q. 3. Ex charitatis affectu, mente per rationem & legem gubernata, processu legitimo observato &c. ut monent Cothmanus vol. 3. resp. juris 29. num. 69. & seqq. Carpz. quest. crim. 107. num. 67.
3. Deinde in hoc laborabit judex in generali inquisitione, ut corpus delicti i. e. ut ipsum factū investiget, alias enim corpore delicti non investigato, ad specialem inquisitionem, nedum ad torturam, pervenire judex non poterit. l. I. §. item illud

*Iud. 24. Et ibi Dd. omnes. l. necessarios 5. §.
non alias 2. ff. ad SCtum Silan. l. inde Ne-
natius 23. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. si is qui rem
pignori 66. §. pen. ff de furt. l. si quis legatum
6. princ. vers. Cœterum ff. ad L. Corn. de-
fals. l. ejus qui delatorum. 29. pr. vers. ve-
rum oportet constare &c. ff. de jure fisci. Fa-
rinac. plures allegans lib. I. quæst. I. num. 6.
Et quæst. 2. Clarus d. §. fin. q. 4. per totum.
Carpz. part. 3. Pract. crim. quæst. 108. num.
I. & seqq.*

*Et licet quis fateatur delictum, non 4.
tamen contra illum ad condemnationem
procedendum est, nisi de corpore delicti
constet l. I. §. fin. ff. de question. Farin. d.
quæst. 2. num. 7.*

*Sed quomodo constare debet judici
de corpore delicti? Rectè monet Domin.
Carpz. d. quæst. 108. num. 8. & seqq. ali-
ter constare debere judici de corpore de-
lictii ad inquirendum contra certam per-
sonam, aliter ad torquendum, aliter ad con-
demnandum.*

*Et quidem si ad inquirendum contra
certam personam investigetur corpus deli-
cti, distinguendum est inter delicta facti
permanentis, & facti transiuntis. De-
lictia facti permanentis sunt, quæ post se-
relinquunt vestipia ut homicidium,*

stuprum illatum virginī, falsificatio monētā, furtum, incendium, & similia. Alia sunt facti transeuntis, quae nullum post se relinquunt vestigium, ut interdum Magia, adulterium ut ex dictis patet, injuriæ reales & similia.

7. In illis necesse est, ut constet de corpore delicti: In his verò, quia corpus delicti certò investigari nequit, ex rei natura: id eoq; sufficit per indicia & cōjecturas investigari corpus delicti *Farin. d. q. 2. num. 13.* *Bened. Carpz. d. quæst. 108. num. 36.*

8. Idem quod de delictis facti transeuntis dictum, etiam de delictis occultis judicandum, ut sufficiat constare de corpore delicti per conjecturas. *arg. art. 60. Conflit. Carolinae. Farinac. d. q. 2. n. 12.* *Carpz. d. q. 108. num. 33.*

9. Notandum tamen est etiam delicta facti permanentis, haberi interdum pro occultis & delictis facti transeuntis: v. g. si Cajus dicatur occisus, & projectus in mare, hoc & simili casu judex corpus delicti tantum per conjecturas investigabit. *Carpz. d. quæst. 108. num. 11. & seqq.* Vel si mulier de fornicatione suspecta, & ante hac cum ventre intumescente visa, in profluentem aquam, tempore nocturno aliquid projecte visa sit. Hic

per conjecturas sufficienter corpus delicti
investigatum videtur, ut ad inquisitionem
specialem judex pervenire possit. *Carpz.*
d. quest. 108. num. 12

In cæteris autem delictis quæ vesti-^{10.}
gum post se relinquunt, evidentissimis
& liquidis probationibus opus est, ut
monet *Farinac. d. quest. 2. num. 6.* quod
intelligo ad hunc effectum, ut ad con-
demnationem sine ulla alia investigatio-
ne corporis delicti perveniri possit; A-
lias sufficit, si summarie tantum de cor-
pore delicti inquiratur in hac generali
inquisitione. Nam in ipsa speciali in-
quisitione, liquidæ magis adhibentur pro-
bationes quibus delicti corpus ad effe-
ctum condemnationis probatur, ne si in
generali inquisitione judex nimis curio-
sus esse vellet, interim fugiendi spacium
adipiscatur reus.

Ideo ex *Claro recte* monet *Tranq. II.*
Ambrofinus lib. 1. de modo formandi proces-
sum inform. c. 1. n. 10. etiam in delictis
facti permanentis licere interdum, si pe-
riculum sit in mora, vel aliqua justa sub-
sit causa & judici aliquatenus constet,
de delicto ex verisimilibus, contra su-
spectos ad capturam pervenire. *Facilius*

enim est **captum** liberare, quām liberum capere.

12. Contingit non raro, ut ambigatur, an per scelus & dolum aliquid factum sit, an non, licet factum ipsum adesse videatur v. g. **confossus** reperitur aliquis, sed nescitur, an seipsum **confoderit** an ab alio **confossus**. Reperitur infans mortuus, nescitur autem an violenter interemptus, an naturali morte obierit. Sic reperitur aliquis aquis suffocatus in puto, & dubitatur an casu inciderit, an se ipsum **præcipitaverit**, an verò ab alio interfactus fuerit. Sic in corpore veneno imperfecto aliquando dubitari solet, an sibi ipsi miser venenum propinaverit, an ab aliis propinatum ignorans exhaustus.

13. In his & similibus casibus diligenter omnes circumstantiae exigendae sunt, an fuerit homo sanæ mentis? an habuerit gladium? an casu incidere in puto potuerit? an fuerit tentatus? an statim post cænam male habuerit? & similia.

14. Ex circumstantiis enim his & similibus corpus delicti cum qualitatibus suis facile elucescat. Nam si appareat, per scelus id non esse factum, sed casu &c.

tunc non amplius inquiret, sed si de scelere
apparet, vel ad huc dubitetur, perga-
in inquirendo. *Clar. §. fin. quest. 4. num.
5. Ambrosinus d. cap. I. n. 14. & seqq.*

Occurrunt tamen multa circa in- 15.
quisitionem corporis delicti, de quibus
judex ipse judicium ferre nequit, cum e-
jus professionis non sint v. g. an aliquis
sit veneno interemptus, an illud venenum
sit ingenitum an propinatum, an verum
venenum sit quod propinatum est, an vul-
nus lethale sit vel non, an virgo stupra-
ta sit uel non, an morbus sit naturalis
an verò ex incantationibus magicis, an
defunctus ex vulnere an verò ex malo re-
gimine vietus decesserit, & similia. Et
in his similibusq; casibus necesse erit pe-
ritorum artificum operam adhibere, ut
Medicorum, chirurgorum, pharmacopæ-
orum, obstetricum & similium. *Clarus
d. quest. 4. num. 4. Ambros. d. cap. 1.
14. n. 14.*

Ideoq; laudanda merito Practica 16.
Doctorum, qui svadent, ut v. g. in homi-
cidio, judex ipse vadat vel mittat scabi-
nos, unà cum Medicis & Chirurgis ad vi-
sitandum cadaver, describat vulnera,
punctim an cæsim inficta, & quidem
describenda sunt vulnera particulariter.

cum omnibus qualitatibus suis, & quo genere armorum illata videantur, nam ex his circumstantiis saepe investigare possumus delinquentem: v. g. si arma ejus vulnerum qualitati respondeant, *Clarus d. l. Carpz. part. I. quest. 26.*

17. *Idq³ sanxit etiam Carolus V. Imp. in Constit. crimin. art. 149. Es soi der Richter sammt zweyen Schöppen/dem Gerichts-Schreiber / und einem oder mehr Wund-Aerzten / so man die haben und solches geschehen kan / die dann zuvor dazu beendiget werden sollen / denselbigen todten Körper vor dem Begräbnis mit Fleis besuchtigen / und alle seine empfangene Wunden / Schläge / Aufwürste / wie der jedes befunden und ermesssen würde / mit Fleis mercken / und verzeichnen lassen.*

18. *Ex quo articulo hæc quatuor recte observanda monet Dn. Carpz. d. quest. 26. num. 30. 1. ipsum judicem non debere gravari , quo minus ipse cum scabinis & actuario judicii accedat ad cadaver occisi. 2. Adhibendos esse Medicos & chirurgos, unum vel plures. 3. Ut hi ipsi juramentum præstent de judicio suo. Id quod graviter illi ferre non debent cum non jurent præcisè de veritate, sed credulitate. Ambros. d. cap. 1. num. 21.*

4. Vulnera diligententer inspicienda & describenda esse.

Eadem diligentia adhibenda est in visitatione cadaveris ejus, qui veneno extinctus dicitur, nam ibi sectio intestinorum facienda, & medici consulendi, an ingenitum an verò extrinsecus assumptum venenum sit, quale sit venenum &c.

Et castiganda hic merito multorum 20. Judicium summa oscitantia, incuria & negligentia, cuius graues Deo summo judici, & forte etiam superiori judici reddituri sunt rationes, quod, quoties fama percrebuit de homine sive ferro, sive veneno extincto, nullam tamen inspectiōnem corporis occisi instituunt, ex quo facile fieri potest, ut nocentes meritæ pœna subtrahantur, vel interdum etiam innocentēs condemnentur; Idq; ni fallor, faciunt ex avaritia, tum sumptibus parciunt, sed interim justitiam malè administrant, & iram divinam sibi suisq; thesauritant, adeò ut de multis non male dici possit, quod quidam de judicibus nonnullis judicabat: Imperium sc. merum, talibus ita utile esse, ut puero gladium.

Monitos igitur velim omnes judices, quotiescunq; fama spargitur, aliquem ex veneno vel aliter extinctum, ut sine

omni morâ inspectionem cadaveris fieri
jubeant: Id enim non minus ad docen-
dam innocentiam ejus, qui suspicionibus
apud vulgum gravatus est, quam ad eru-
endum delicti corpus facit,

22. Præsertim quotiescumq; fama vel ru-
mor est aliquem veneno extinctum, judex
cum uno atq; altero Medico & chirurgo
ad cadaver sine mora se conferat, nam
hic sæpè in mora est periculum, præser-
tim diebus æstivis, & factâ sectione corpo-
ris inquirat i. an venenum vel vestigia
ejus, in corpore reperiantur? quâ in par-
te pharmacopæorum judicium etiam ne-
cessarium est.

2. Et si venenosa materia reperiatur, an
etiam propinatam esse existimet?

3. Quomodo illud nominetur?

4. An ex veneno isto mori potuerit?

5. An quis tale venenum in pharma-
copoliis nuper emerit, & quisnam? &c.

23. Postea inquiratur, i. quamdiu mortue-
us decubuerit?

2. Quale fuerit regimen in morbo?

3. Quis ipsi medicamenta & alimenta
subministraverit.

4. An defunctus vomitum frequen-
tem habuerit, quem indicium præbere
venc

veneni concurrentibus aliis docet *Carpz.*
pract. crim. q. 21. num. 5.

Et hac in parte sollicitus nunquam 24.
 iudex satis esse potest, cum enim beneficio seu veneno hominem interimere, sit atrocissimum crimen, atq; adeo sine scrupulo conscientiae à judice talis fama negligi nequeat, nec verò aliter probari possit, nisi corpus delicti hac ratione pro subiecta materia conditione satis exploratus sit, ideò omnes circumstantias accuratè per dictas personas investigare ac omnia in scripturam referre debebit iudex.

Licet enim testes deponerent, si vidisse dari venenum, & quod secuta sit mors, (quamvis rarissime venenum in conspectu aliorum palam propinetur:) videtur tamen hoc non sufficere, nisi super præmissis articulis inquisitio præcesserit: Nam nō possunt scire an venenum sit, nec etiam internas ejus in corpore operaciones. *Gometz tom. 3. resolut. cap. 3. num. 8.* ubi superiorum practicam commendat, & *Farinac. qu. 2. n. 32.* quod si autem iudices hujusmodi delicta dolose palliaverint, non evadent æterni judicis condemnationem, ut inquit *Clarus §. fin. qu. 4. in fine.*

Sic etiam si homicidium factum esse 26.
 dicata-

dicatur, judex ad occisum se conferat si-
ne ulla mora, cum Medico uno vel alte-
ro & chirurgo, aliisq; testibus, & si igno-
tus ille sit, vel advena, describi a Nota-
rio curet ipsius Sexum, staturam, capil-
lorum colores, barbam, ætatem, quate-
nus ea scil. ex adspectu exteriori probali-
ter colligi potest, & vestimenta, idq; eum
in finem, ut si forte post sepulturam fa-
ma ferat aliquem esse occisum, certò sci-
ri possit, hunc esse illum ipsum, qui fu-
erit eo vel illo loco interfectus. Descri-
bat postea lœcum ubi repertus fuerit, item
quo loco sanguinem ejus deprehenderint,
describi curet vulnera, an cæsim, an pun-
ctum videantur inflictæ, quo genere ar-
morum? Vestibus exui curet corpus, &
an alia etiam in parte corporis sit læsus,
inquirat profunditatem vulneris. Far-
nat. d. qu. 2. n. 4. & Ambrosinus d. qu. 1.
n. 25.

Postea ut dictum judicium Medici &
Chirurgi addatur, annè vulnus sit lethale,
vel an alio ex Symptome mortuus videa-
tur. Et hoc ultimum præsertim tunc fa-
ciendum est, quando vulneratus aliquan-
diu decubuit, ubi inquirendum, quam-
diu vulneratus decubuerit, an ejus cura-
fuerit habita ab hospite vel inquilinis,
quale

quale fuerit regimen, Wie sich der Verwundete verhalten.

Postea examinandi sunt testes, qui 28.
probabiliter noticiam rei habere videntur,
super his articulis,

1. An cognoscat occisum de facie, &
quisnam sit?

2. An sciat ipsum esse interfectum ab
alio?

3. Unde illud sciat?

4. Quis ipsum occiderit.

5. Vel an nesciat quâ viâ ac ratione
autor homicidii investigari possit?

6. An nesciat intercessisse inimicitiam
inter occisum & alium?

7. Et quid aliâs testi hac de re notum
sit &c.

Si verò non cognoscatur à testibus 29.
cadaver, aliquandiu in templo vel alio
loco publico servari potest, donec certius
aliquid de nomine, & patria ejus vel
etiam de autore cognosci possit, Ambro-
sinus c. i. n. 26.

Imo humatum etiam corpus inter- 30.
dum effodi debet. Clarus qu. 55. n. 11. Fa-
rinac. d. q. 2. n. 5. Ambrosin. d. c. i. n. 27.
quod in infanticidiis præsertim factum
memini. Nam hoc in practica quotidie
observatur, inquit Dom. Carpzov. part. i.

Praet.

Pract. crim. q. 16. n. 8. ut particidii reus
 (loquitur quidem de speciali inquisitio-
 ne, quod tamen in quibusdam etiam in
 generali locum habere potest) ante omnia
 examinetur, ubi nam locorum cadaver
 sepelierit vel projecerit, & confessione
 facta ad locum denominatum ipsem re-
 us quandoq; ducatur, ut præcisè eum
 demonstret, ubi postea cadaver, diligen-
 tissime perquiritur, ac in terra defossum
 exhumatur, quo certus fiat judex de cor-
 pore particidii.

31.

Ante omnia vero monendus est ju-
 dex, dum generaliter vult inquirere, ne
 testem in specie interroget de hac vel il-
 la persona, an hic vel ille fecerit. Ta-
 les enim suggestiones in jure sunt pericu-
 losissimæ juxta l. i. §. qui question. 21. ff. de
 quest. ubi ait *JCTUS*, qui questionem habi-
 turus est, non debet specialiter interrogare,
 an L. Titius homicidium fecerit, sed gene-
 raliter, quis id fecerit, alterum enim magis
 suggestoris quam inquirentis videtur, & ita
D. Trajanus rescripsit.

32.

In genere ut concludam, quoties-
 cunq; delictum aliquod commissum esse
 dicitur & de autore adhuc nondum con-
 stat, judex debet inquirere in corpus de-
 liciti, & omnes ejus qualitates, imo & cir-
 cumstantia-

CAPUT VIII.

cumstantias loci, temporis, aliarumq; rerum. Nam horum certitudo in speciali postea inquisitione maxima est necessitas & utilitas.

CAPUT VIII.

*De Forma inquisitionis specialis
Et ejus membrum I. De ex-
amine ipsius rei Et connexis.*

S U M M A R I A.

1. *Contra quem specialis inquisitio iustitenda?*
2. *An reus interrogandus prius quam in speciali inquisitione testes examinati? af-*
firm. num. 2, Et 3.
3. *An citatione opus sit? Affirm. num. 4.*
4. *Quae requirantur ad id, ut inquirendus*
carcere mancipari possit? n. 5. Et seqq.
5. *Quomodo contrahientes facinorosos pra-*
cedendum? n. 12, Et 13.
6. *Indicia in scripturam redigenda, n. 14.*
7. *An denunciatio lēsi sufficiat, ut reus ca-*
pi possit? D. n. 15, Et 16.
8. *An confessio socii? D. n. 17, Et 18.*
9. *Quid agendum si indicia sunt leviora?*
n. 19.

CAPUT VIII.

10. Qualitas carceris & custodie. n. 20, 21,
22, & 23.
11. Carceres debent esse separati ratione sexus
n. 24.
12. Nomina captivorum judici præsentanda
n. 25.
13. Captivi sejungendi. n. 26.
14. Quid si carceratus sit infirmus? n. 27.
15. Quid judici faciendum, antequam exar-
men rei instituat? n. 28, & seqq.
16. Examen debet esse articulatum n. 33.
17. Articuli debent per modum interrogati-
onis proponi n. 34.
18. Singuli articuli unum tantum punctum
contineant unicamq; circumstantiam
n. 35. & seqq.
19. An in genere super delicto reus sit inter-
rogandus? n. 37.
20. Suggestiones maximè vitandæ n. 38, 39,
40, 41, & 42.
21. Nisi interdum unius vel alterius circum-
stantiæ expressio utilis sit n. 43.
22. De ordine articulorum. n. 44. 45, 46,
47, & 48.
23. Reus etiam super circumstantiis illis, ex
quibus defensio rei patere potest, exti-
minandus, n. 50, 51, & 52.
24. Confessio non eruenda spe impunitatis n.
53. & seqq.

25. An cautelæ locum inveniant? D. n. 57.
Et seqq.
26. Articuli ex indiciis formandi n. 62.
27. Et ex natura delicti n. 63, Et seqq.
28. Examinari debet reus super omnibus circumstantiis n. 65.
29. Examen non uno aëtate absolvendure n. 66.
30. Quæ sint interrogatoriū generalia n. 67.
31. Quæ sint p̄aambula specialium interrogatoriorum n. 68. Et seqq.
32. Dispositio articulorum n. 72.
33. Quo ordine articuli disponendi n. 73.
34. Examen in presentia judicis, Scabini, rum Et Notarii instituendum n. 74.
35. Quid si reus respondere nolit, sed indiciorum copiam petat? n. 75.
36. Quid si reus petat dilationem ad respondendum n. 76.
37. An reus jurato respondere debeat? N. n. 77.
38. Quid si reus per contumaciam responde-re nolit n. 78, Et seqq.
39. Quid si verbis ambiguis respondeat n. 81.
40. Index non interruptat examen, quando reus fateri incipit n. 83.
41. Quid si reus falsum edissent? n. 84.
42. Index ne interruptat sermonem rei n. 85.

43. *Quid si reus furorem alleget?* n. 86.
 44. *Gestus rei diligenter conscribendi.* n. 87.
 45. *Quid si reus ad prius responsum se referat?* n. 88, & seqq.
 46. *Super iis quæ reus dixit, inquisitio instituenda* n. 91.
 47. *Verba rei formaliter scribenda* n. 92. & seqq.
 48. *Demum subjiciuntur examinis exempla.*

3. **C**um jam de criminis admisso constat, per generalem inquisitionem, & apparet etiam, contra quem in specie formandus sit processus, jam ad specialem inquisitionem, invocato prius Deo accedat, & inquirat contra eum, qui publica fama vel dictis testium in generali inquisitione gravatus est.

2. Sed hoc in questione est an prius testes contra reum in specie examinandi, an vero prius ipse inquisitus ad articulos cum suis responsonibus examinandus? Et quamvis prius placeat *Claro q. II. n. 20. testandi de consuetudine & aliis*, posterius tamen de jure verius videtur. Nam certissima est regula juris, Examen testium non fieri posse regulariter nisi lite a reo contestata & vero nulla hic apparent ratio, cur ab illa regula recedamus.

Et

Et verò praxis judiciorum nostrorum hanc posteriorem sententiam, quam ipse Clarus nō obscurè in puncto juris verorē existimat, manifestò confirmat. Postquā enim ex inquisitione generali jam cōstat, cōtra quem in specie processus formādus sit, hic super articulis inquisitionalibus examinari solet, et si hic negaverit articulos, tunc demum testes examinantur super iisdem articulis. Agemus ergo prius de examine ipsius rei.

Antequam autem reus respondere cogatur, citatione opus est. Dum autem citatio vel realis, vel verbalis sit, ideoq; iudex accuratē circumspicere debet, tantum verbaliter citare, an etiam carceri mancipare debeat. Et quidem id sequi vestigia Domini Carpzovii aliorumq; aliquod regulis expediemus.

Prima regula sit trimembris: 1. Quo-
ries delictum tale est, ut mereri possit ultimum
supplicium, vel pænam corporis afflictivam,
tunc devenire potest ad citationem realem seu
captivitatem & carcerationem, Clarus qu.
28. n. I.

2. Quando verò crimen relegationem &
pænam pecuniariam meretur, tunc citandus
est reus verbaliter, & carceri mancipandus
non est, ne detentio inquisiti sit ipsa pœna

gravior Clarius §. fin. qu. 28. n. 1. & Bened.

Carpz. pmo. crim. qu. III. num. 6. quan-
vis dissentiat Farinac. qu. 27. num. 39.

7. 3. Quando verò ambiguum adhuc est pro-
pter eventum incertum, v. g. vulneris infi-
ssi, vel quia pena arbitraria est, & ideo ad
mortem extendi potest, an corporalis pena,
an pœuniaria locum habitum sit, tunc ju-
dex ob incertum eventum rei fugam omnino
prævenire tenetur, ne ipsius culpâ judicium
reddatur elusorium, ut ait Bened. Carpzov.
d. quest. III. num. 12.

8. Primum membrum regulæ est limi-
tandum ex iis quæ traduntur in tit. ff.
de custodia reorum: nam si reus amplissi-
mis dignitatibus fruiatur, aut facultatibus
magnis præditus sit, adeò ut non metu-
endum sit ipsum statim aufugiturum, po-
test fidejussoribus vel suæ fidei committi
per l. I. ff. de custod. reorum Auth. bodie dt.
Ergo nec statim carceri mancipandi sunt
ejusmodi, nisi sit delictum atrocius, ubi
nobilitatem generis, dignitatemq; perso-
nae, & sexum à carcere aut detentione per-
sonæ inquisitum non eximere, consuetu-
do docet, de qua testatur Carpz. d. quest.
III. n. 41. quod &c in nostro Electoratu
eius obtinuit, ita tamen ut non nisi in a-
trociis delictis, & quando indicia sunt

urgentes

urgentia, iij qui in dignitate constituti sunt, v.g. Doctores, in carcerem compingi debeant. Semper enim cum ijs, qui in Dignitate constituti, ratione custodiæ mitius agendum. *Farinac q. 27. num. 86.*
ratio est, quia minor suspicio fugæ.

Secundum membrum ipse *Carpzov.* limitat n. 10. quod locum non habeat in vagabundo & vili persona. Nam à Relegandis Urpheda præstanda est, quæ ipsos postmodum revertentes ad duriorem pœnam obstringit, ut sic multum intersit, reos ad relegationem condemnatos præsentes haberi, ipsosq; ad Urphedæ præstationem adigi, sicut & ita observatum esse testatur.

Non querimus autem hic, an sine 10. conjecturis possit quis carceri mancipari, nam ne quidem generalem vel specialem inquisitionē sine conjecturis institui posse, supra diximus, multō minūs carcer locū inveniet, ubi non conjecturæ præcesserunt art. 6. pr. ibi: So jemand einer Ubelthat durch gemeinen Leumund berüchtigt / oder andere glaubwürdige Anzeigungen Verdacht und argwöhnig und verhalben durch die Obrigkeit von Amts wegen angenommen würde. &c. *Art. 218. constitutionis criminalis ibi:* So werden durch die

Obrigkeit etwa leichtlich auch erbahre Personen ohne vorgehenden berüchtigten bösen Leumune und andere gnugsame Anzeigung angegriffen und in Gefängniß bracht werden / &c. Carpz. d. quest. III. n. 19. & seqq. Farinac. lib. I. quest. 27. n. 113. & n. 116. ubi hanc sententiam communiorem & æquiorem vocat.

M. Quamvis & hoc negari non possit, leviorem interdum esse conjecturam, quam quæ ad captivationem sufficiant. Ideoq; secundam regulam constituo, cum Carpz. d. quest. III. n. 25. Quæcunq; indicia ad specialem inquisitionem sufficiunt, (quæ autem illa sint, supra dictum est c. 4.) ea etiam ad capturam sufficere possunt, cætera si paria sint: nam specialis inquisitionis præambulum est captura.

M. Non tamen arbitrium judicis natiōne indiciorum excludo, sed potius discretum judicem personæ & criminis qualitates aliasq; circumstantias & conjecturas etiam ipsas, bene ponderare oportere puto, eum Farinac. d. qu. 27. n. 126. V. g. Si is, qui de crimine diffamatur, fugia sibi consulat, hunc licetè capi & incarcерari posse, non est dubium, per traditionem Carpzovii d. qu. III. n. 35. in quem su-

nent

nem officiales à Magistratu alegari solent, & debent cum literis patentibus mit offnen Steck-Bretessen / quibus Magistratus cujuscunq; loci rogari solent, ut ubiq; locorum fugitivus reperiatur, eum permissu Magistratus capere liceat, id quod experientia quotidiana comprabat.

Quomodo in Electoratu hoc, nec non Pomerania ac Megapolitano Ducatu contra prædones & latrones hac in parte procedendum sit, habetur in dicta conventione §. Auch sol alsdenn: his verbis: Auch sol alsdenn hier benebens dñs Mittel gebraucht werden / daß an allen umbliegenden Dörtern der Ende / da der Angriff geschehen / von den Eangeln abgekündige werden: daß den sentigen / so diese heimliche Räuber beglaubter Weise entdecken und anzeigen würde / ein gewiß Geld / auf dem Chur- und Fürstlichen Rencheyen; welches nach Gelegenheit des Raubes / zu vermehren oder zu vermindern / solle gewiß und unselbar verreichter werden. Welches Geldes die Herrschaft so solches giebe / sich aus des Räubers Gütern(ob er einige hat) hinwider zu erholen und bezahlt zu machen. Räumen denn aber auch solche Fälle vor / da es der Nachjage bedürftig / sollen alle und

jede die J. J. J. J. J. Chur- und S. S.
S. S. F. G. G. G. G. Chur- und Fürsten-
thümen der Gerichte halben einzige Verse-
hung zu thun haben / auff die erste anzeigen
so ihnen durch die Beschädigten / und Be-
raubten selbst / oder aber durch die Straf-
sen-Bereuter / Hoff-Fiscalen und andere /
gläublich geschehe : schuldig und verbunden
sein: in continent zu verordnen daß den Räu-
bern in so starker Anzahl nachgejagt werde/
daß man ihrer mächtig werden kan: Es sol
auch an alle umliegende Flecken und Dor-
fer in continenti geschrieben werden gleichfalls
hiezu zu thun/ mit den Räubern nach etle: &c.
in sequentibus etiam disponitur quod pul-
su eampanæ signum dari debeat, & quod
ii, qui persequuntur, terminorum provin-
cialium rationem habere non debeant,
dörffen sich diffalls an keine Land-Grän-
ze kehren / &c. & judices locorum depre-
hensos istos prædones tenentur capere,
sub gravissima poena, bey Verlelung ihrer
Dienste / oder auch Ehren-Standes gar:
Debent etiam omnes sive nobiles sive i-
gnobiles in talibus careeribus servari, in
quibus ij, qui capitale flagitium commi-
serunt, custodiei solent, idq; per dictam
conventionem Principum.

piendum movetur, si tempus id patiatur,
in scripturam conjicere & decretum de-
capiendo literis consignare expedit, *Far-
inac. d. quest. 27. n. 130.*

Sanè ad nudam querelam vel denun-
ciationem partis læsæ sine aliis præsum-
tionibus aliquis carceri mancipari non fa-
cile debet, si vel maximè cautionem de-
nunciator offerat, ut rectè tradit *Carp-
zov. d. l.* licet enim cautione præstita in-
demnitatem, pars læsa judici præstare de-
beat, non tamen officio suo rectè functus
est judex, quod sine causa in carcerem a-
liquem detrusit.

Sed si infirmitas vulnerati denunci-
antis concurrat, sufficit denunciatio hæc
ad capturam, *Farinac. d. q. 27. n. 129.*

Sed quid de confessione alicujus fa-
cinorosi, si is confiteatur de alio crimi-
nis socio, annè ob hanc inculpationem sta-
tim ad carcerem rapiendus est ille, qui
inculpatur? Et sanè si confessio sit spon-
tanea, ac cum circumstantiis, & facino-
rosus constanter in ea confessione perse-
veret, inq; personam inculpati probabi-
liter eadat suspicio, nec inter eas perso-
nas inimicitia intercedat, tunc ob hanc
confessionem aliquem licetè incarcerari
posse, mīhi dubium nullum est, ob artis
ordin.

ordin. criminalis 31. Ubi talis confessio etiam ad torturam sufficere dieitur.

ib. Sed si tales qualitates non concurent cum cōfessione socii, tunc judex non facilē ad incarcerationem properabit, nisi aliæ conjecturæ ipsum impellant.

ib. Sanè si indicia leviora videantur, quam ut à captura initium faciat judex, non spernendum est consilium *Carpzov. d. l. n. 38.* debere scilicet judicem eo casu per ministrum judicii reum verbaliter citare, ac de criminis interrogare, ejusq; responsionem diligenter annotare, quod si autem reus non comparendo, vel variando, ac titubando in responsione semagis suspectum reddat, ad incarcerationem procedere potest.

ib. Qualitas etiam carceris benè observanda est, ut sit locus tolerabilis, nec debet inquisitus includi carcere obscuro & tetro, sed claro & lumini solari obvio, & si forte tempore nocturno tutiori custodia ac obscuriore carcere includendus sit, orto tamen sole ad clariorem carcerem reducendus est, ut à lumine solari vegetetur. Ideoq; quæ sub terraneis carceribus miseris includunt pro homicidis habendi, atq; hæc habentur in *I. I. C. de cust. scorsm* die *Gefängniss* sol zur Erhakung

und nicht zur schweren Punigung der Ge-
fangeñen gemacht und zugerechuet sein art.
II. Ord. crimin. Et carcer ad continendos
non puniendos homines haberi debet, l.
aut *damnum 8. §. Solent. 9. ff. depœnts, vide*
quaæ hac de materia congesit Farinac. d. qu.

27. n. 95. &c.

Quamvis autem interdum, ob defe- 21.
ctum carceris benè muniti (nam extra
hunc casum, i. e. quando locus carceris sa-
tis est tutus & munitus, ut metuendum nō
sit, ne effugere possit, ne quidem in atro-
cissimis delictis imponenda sunt manicæ
ferreæ ac compedes, *Farinac. d. qu. 27. n.*
101.) vinculis & ferramentis ligati custo-
diri possint, non tamen probanda est non-
nullorum crudelitas, qui in vinculis eti-
am istis inveniendis ingeniosi sunt, & ne
vigiles addere cogantur, talibus utuntur
vinculis ferreis, quibus omnia membra
corporis constricta sunt, quæ vincula ipsæ
tortura sunt atrociora, ideoq; si talibus
judex utatur, vel intolerabili carcere cru-
ciet facinorosos, à superiori pœnis arbi-
trariis, etiam privatione Imperii merico-
erceri potest & debet.

Nam etiam in easu, in quo carce- 22.
rati detineri possunt, vinculis, compedi-
bus & ferris, sc. quando locus carceris

non

non est satis tutus, ut jam dixi, non tam
men debent hujusmodi ferramenta talia
esse, ut careerato dolorem seu cruciatum
adferant, post alios allegatos, *Farinac.*
d. qu. 27. n. 103.

23. Et omnes alias consuetudines diser-
tis verbis prohibet *Imperat. in Ord. Cri-
min. art. 218. ibi:* So werden auch an vie-
len peinlichen Gerichten und derselbe man-
cherley Missbräuche gefunden / als daß die
Gefängniss nicht zur Verwarung / sondern
mehr zur Peinigung der Gefangenen und
eingelezten zugericht. &c.

24. Hoc etiam advertendum, ne viri &
mulieres eodem carcere includantur, sed
pro utroq; sexu separatus career habeat-
ur, *per l. 3. C. de custod. reorum.* Nec enim
illud quod *Justin. in Authentica subjecta*
de mulieribus ob crimen atrox mona-
steriis includendis constituit, observa-
tur, sed potius, quando præsertim cri-
men est atrox & gravissimum, mulie-
res, cæterum honestæ, non in monaste-
rio, sed publico carcere, separato tamen
a conversatione virorum, includuntur,
de qua consuetudine attestantes adducit,
Farinac. qu. 27. n. 52. in fine: aut in ali-
quo cubiculo palatii judicis, vel aliqua
domo sub honesta custodiâ, vel cum fide-

jussi

CAPUT VIII.

25

Jussione ponuntur, juxta Clarum qu. 28. &
Ambrosum d. tract. lib. 2. cap. 1. n. 11.

Illud hic obiter monemus, si aliqui
bi magna sit copia captivorum, ut in ma-
joribus civitatibus, quod tunc juxta Im-
peratoris constitutionem in I. ult. C. de cu-
stod. Reorum praefectus carceris, singulis
mensibus, potestati seu judici criminali
suggerere debeat nomina & crimina, æta-
tem, atq; ordines captivorum, ne incar-
cerati aliquius obliviscatur judex, & ut
omnes citò vel absolvantur, vel conden-
nentur, nec diuturno carcere maceren-
tur.

26.

Quod si etiam plures sunt inquisiti
eiusdem facti complices, constituit Caro-
lus Imperat. art. 11. constit. crimin. ut non
in eodem, sed distinctis carceribus deti-
neantur atq; segregentur, Das man sie /
so viel gefänglicher Behaltung halber sein
mag / von einander scheide / additur etiam
ratio; Damit sie sich unwarhaftiger Sa-
ge mit einander nicht vereinigen / oder wie
sie ihre That beschönigen wollen / unterreden
mögen. Quæ verba generaliter nulla ha-
bita ratione sexus intelligenda esse rectè
probat Matth. Steph. ad d. art. 11. n. 7.
& Carpz. d. qu. III. n. 65.

Nec hoc omittendum, cum qui gra-

27.
vi

vi infirmitate decubbit vel graviter vulneratus est, non esse carceri includendum, sed potius eum judex fidejussoribus committat, vel domi per vigiles ipsum custodiat, ut domi melius curari possit *Farnac. d. q. 27. n. 87.*

28. Quando igitur in vinculis jam degit inquisitus, vel potius inquirendus, tunc scire oportet judicem ea omnia, quæ in processu inquisitionis ipsum facere oportebit. Circa personam suam curabit, ut ante omnia implore Divinum auxilium, quia Deus dat sapientiam sapientibus & scientiam scitis & intelligentibus, Ipse revelat profunda & abscondita novit quod in tenebris est, & lux cum eo habitat *Dan. 2. v. 21, & seq.*

29. Deinde judex debebit sibi in tabula breviter repræsentare totum processum, ejusq; summarium sibi confidere, ita enim quasi in speculo facillimè pervidebit, quid faciendum, quid omittendum sit, quid plenius, quid levius attingendum, & ita processum felicissimè, Deo secundante, ad finem perducet, monente ita *Ambroſino de processu informat. lib. 2. cap. 2. in fine.*

30. Accedat autem judex tertio ad examen cum timore Dei & animo ab affectibus,

bus, irâ præsertim & avaritiâ vacuô & in solam veritatem animum intendat suum
Flamin. Chartar. in Pract. interrog. reorum lib. 2. c. 1. n. 4. & 6. ubi dehortatur judicem, ne contra reum excandescat.

Quartò liberare debet animum à personarum acceptione nunquam te timidiorem, ait *Ambroſinus d. cap. 2. n. 15.* ad veritatem indagandam faciat ipsa nobilitas rei, ipſe Magistratus, ipſe divitiæ; nunquam te ad illam reperiendam temerarium & præcipitem, reddat ipsa paupertas, vilitas personæ, sed omnes reos hac in parte, & ratione affectionis ac scopi seu intentionis ita habeto, ac si ejusdem essent qualitatis, status & conditionis, eademq; severitas & gravitas sit semper erga quoscunq;. Quanquam *n. seq. urbanius cum nobili reo agi posse concedat, ut honor ei exhibeatur debitus.*

Quintò nec severè nimis, nec familiäriter nimis cum inquisitis loquatur.
Chart. d. l. num. 6. & II. per l. 19. ff. de offic. 10. præfid. l. 9. §. 2. ff. de offic. procons. vultum tamen debet præ se ferre gravem & quasi terribilem, ut vult Imperat. Nov. 17. cap. 5. §. ult. Chartar. d. l. n. 8. qua parte tamen distinguendum est, inter personas; alii enim aliis molliores sunt, a-

alii duriores: Erga hos terribilem, erga illos humānum se ostendere debet.

33. Ratione ipsius examinis observandum judici, ut non summariè examinet, sed ad articulos reum respondere compellat, id quod experientia quotidiana non tantum in foro Saxonico, de quo *Carpz. qu. 113. n. 16.* Sed etiam in nostro Electoratu comprobat, dum ita quotidie respondere solemus: *Das Inquisit auf gewisse Articuli abzu hören. &c.*

34. Respectu ergo ipsorum articulorum inquisitionaliū vel interrogatoriorum notandum primò; quamvis à Notariis non nullis articuli inquisitionales, ut positiones affirmativè proferri soleant hac formula: *war das an dieser That inquisit schuldig &c.* minus rectè tamen id fieri non dubito. Nam articuli inquisitionales nihil aliud sunt, quam interrogationes à judece facienda, quæ non sunt positivè proponenda, nisi notorium esset delictum. Deinde multum interest inter positiones, quas proponit pars, & eas veras esse assertat, quas etiam mediante juramento dandorum se confirmaturam promittit, & inter articulos inquisitionales, quos judec nondum pro veris habet, sed in veritatem eorum ex indiciis præcedentibus vult

CAPUT VIII.

99

vult inquirere. Ideoq; non potest salvâ conscientiâ, imò ne quidem sine injuria inquisiti dicere verum esse, ipsum v.g. adulterium commisisse. Adde, quamvis ipsi constaret de veritate admitti criminis, multa tamen alia occurtere, de quibus reus interrogandus, quæ non nisi per modum interrogationis proponi possunt, v.g. an inquisitus alia etiam furtâ commiserit, ubi inneptè judex ita formaret articulum. War das Inquisit auch andere deuben beaangaen &c. Respondere enim posset inquisitus falsum hoc esse, & sibi per injuriam hoc imponi. Et sanè si praxin Italorum, qui sunt hujus artis peritiissimi, attendamus, non solent nisi per modum interrogationis articulos suos proponere ut ex Scaccia, Follerio, Flaminio Chartario, Tranquil. Ambrosino aliisq; appetat.

Secundò hoc notandum, articulos 35. ita debere formari, ut singula puncta, non nisi singulis articulis contineantur, nec uno articulo simul plura includantur, ut quidem nonnullorum pessimus mos est. Flamin. Chartarius d. e. I. n. 13. Ambrosinus lib. 2. cap. 5. num. 4. Nam si inquisitus simplex & innocens unicum interrogatorium confiteretur. totum articu-

lum confessus videri posset, non absq; suo
periculo & veritatis præjudicio. *Carpz. q.
113. num. 33.* V. g. si quæras: Ob nicht
Inquisit den Anfang zur Schlägerey ge-
macht und mit dem Degen egleiche mal nach
N. N. aehawen. Hic si simplex reus po-
sterius fortè tantum affirmare vellet, sed
simpliciter affirmando responderet, vide-
retur judici etiam prius affirmare: Sejun-
genda igitur sunt interrogatoria, nisi velit
judex injuriam facere innocentis, alias à
facultate respondebitur, quod non semel
à Dominis Scabinis Lipsensibus respon-
sum refert *Carpz d. l. n. 34. & 35.* Was
Inquisit noch einsten Articulus Weise herü-
ber gefrage, und seine Antwort auf jede
Artikel darinn nicht mehr als ein inter-
rogatorium zusezen, absonderlich zu thun/
angehalten werde. Caveant ergo sum-
moperè judices, ne plura interrogatoria
uno articulo competantur, nè arguantur
fallaciæ plurium interrogationum.

36. Imò licet unum sit factum, sed plu-
res circumstantiæ vel qualitates, non ta-
men in uno articulo, nisi una qualitas
proponenda v. g. non debet interrogare
in hunc modum. Ob nicht Inquisit *N.
M. von hinterwerts mit seinem Degen vor-
sätzlich verlegte.* Quid si enim simplicior
aliquis

aliquis voluisset tantum ipsum factum cōfiteri, non verò qualitates? Ergo ita iudex interroget: 1. Ob nicht reus N. N. verlegt, und zwar vors ander vorsätzlich / vors dritte ob er hinter N. N. oder vor ihm gestanden.

Tertiò Doctores requirunt, ut non 37.
in specie quæratur de hoc maleficio, sed
in genere, an maleficium commiserit.
Boffius in tit. de Examine reorum num. 12.
Et alii allegati à Chartario dict. l. 2. cap. 1.
num. 55. Et seqq. Sed id ex l. 1. §. qui qua-
stionem 21. ff. de torturis, vix poterit pro-
bari, quia non de reo, sed teste loquitur.
Ideoq; contrarium usu receptum esse te-
statur *Clarus §. fin. qu. 45. n. 11.* Quamvis
si reus videatur homo simplex, vel qui tæ-
dio vitae mortem non adeò reformidare
videtur, consultius videatur, ut iudex in
genere prius interroget.

Quartò hoc magis necessarium & u-
tilius est, ut in articulo non exprimat cir-
cumstantiam, aut qualitatem, aut in qua
parte corporis percusserit, ne qualitates
suggerat. Nam suggestio judici omnibus
modis vitanda est.

Id quod jubet Car. V. Imp. art. 56. 39.
*P. H. D. ibi: Solches wird damit ver-
dorbet / wenn man den Gefangenen im fra-*

gen dieselben Umständen der Missenthat vor-
gesagt &c. Idem ex rubrica apparet; Re-
nen Gefangenen die Umstände der Mis-
senthat vorsagen / &c.

40. V. g. non quærat, Ob er Petrum mit
einem Degen verleget / ob er ihn auff den
Kopff gehauen / ob es nicht für dessen und
dessen Thüre geschehen / ob es nicht zu Mit-
ternacht umb 12. Uhr geschehen / & simi-
lia, non ita procedat judex. Nam ita sug-
geret potius fugiendi modos, quam veri-
tatem indagabit *Flammin. Chartar. d. lib.*
2. cap. 1. n. 67. & seqq. & simplicior reus,
præsertim territus, vel in tortura consti-
tutus, omnes circumstantias affirmabit,
sicut ei circumstantiæ suggestæ sunt.

41. Ideoq; suadeo judicibus & Notariis,
ut à tali interrogandi modo abstineant,
sed ita interrogent 1. Ob Inquisit Pe-
trum verleget/ 2. Womit solches gesche-
hen/ 3. An welchem Ort des Leibes er ihn
verleget/ 4. An welchem Ort der Stadt
es geschehen/ 5. Zu welcher Zeit.

42. Ita enim si nullæ exprimantur reo
qualitates & circumstantiæ, certius elice-
tur veritas, & judex in conscientia sua
securior reddetur, quando circumstantiæ
quæ reo non suggestæ, sed ab ipso expres-
sæ sunt, cum dictis testimoniis conveniunt,

aut

aut si repugnant melius poterit reus convinci falsitatis.

Si tamen reus simulet, se nihil scire de delicto, vel circumstantiis, tunc expedit unam atq; alteram circumstantiam exprimere, quod s^ep^e solet commovere reos, ut cum crimen suum detectum animadvertiscant, ultrò fateantur. V. g. Si reus quæsusitus de facti homicidii tempore, respondeat se nescire, quia eo tempore domi fuerit, & in lecto suo dormierit, tunc poterit judex interrogare sine suggestionis vitio, ob er nicht dem und dem auss der Bassen begegnet / ob er ihn nicht geprüft &c. juxta practicam Chartarii d. cap. I. m. 68. & Ambrosini lib. 2. c. 5. n. 27.

Quintò suadent Doctores crimina-
lium causarum, ut judex non semper e-
undem ordinem observet, sed pro di-
versitate ingeniorum etiam diversimo-
dè procedat. Si enim reus sit simpli-
cior, poterit primò reum interrogare,
ex qua causa sit captus & carcere detine-
atur, deinde ad ipsum reum rectâ viâ de-
venire, ac super indiciis ipsoq; delicto e-
um interrogare potest.

Quod si verò reus videatur versuti-
or, tunc altius repetendum examen, &
primò interrogandus est super his, quæ

non adeò directè ad præsentem materiam criminis facere videntur. Ideoq; eo casu aliquo circuitu ad id perveniendum est, & ita longè examinatione repetita. Respondebit enim inquisitus, quæ nocere causæ non arbitrabitur, ex quibus deinde, quæ confessus erit, eò perducetur, ut quæ dicere non vult negare non possit.

Flammin. Chartar. in Pract interrog. reorum lib. 3. cap. 1. num. 50. v. g.

Ob Inquisit nicht Petrum kenne / wie lange er ihn kenne / ob er Freundschaft mit ihm gepflogen / ob er sich nicht mit ihm verzürnet / wo solches geschehen / &c. ob er nicht mit ihm eine Sache vor Gericht gehabt &c.

46.

Quod quamvis captiosum videri possit, non tamen est, nam eo interrogandi modo non contra simpliciores utendum, sed eos quos appetet esse versutiores, & ad omnia negandum instructos. Deinde reus urgendus est semper, ut veritatem dicat, quod si faciat, non debet vereri, ne suis responsonibus convincatur: Sed si dolosè falsum dixerit, tunc sanè ejusmodi ordine felicissimè confundi, & ex propriis responsonibus, quas ad articulos tum reposuit, cum nondum sciret, quò tenderent, convinci poterit. Nec etiam ita formanda interrogatoria, ut in-

nocens

nocens confundi, sed tantum ut versutus homo in mendacio deprehendi possit.

Ideoq; hac in re judicem discretum, 47.
prudentem, & pium esse oportet, & debet
judex scire mores ac ingenium incarcera-
ti, quod ex inquisitione generali, & fama
discere potest. Sanè judicem pro ratio-
ne personarum aliter atq; aliter interro-
gatoria formare posse, ipse innuit *Imper.*
art. 46. ordin. crimin. ibi: mit Worten,
wie nach Gelegenheit der Person und Sa-
chen &c. allerbest dienen möge &c.

Non tamen autor esse volo, ut ju- 48.
dex impertinentibus articulis utatur, &
percunctetur ea, quæ nihil ad rem faciunt
præsentem, modò nihil omittat eorum,
quæ ad causam & substantiam delicti at-
tingent *Chartar. d. cap. 1. num. 72.*

Ideoq; sextò Judex etiam super iis 49.
circumstantiis reum examinare debebit,
ex quibus innocentia ejus apparere pos-
sit. Nam judex deber etiam ea investi-
gare, quæ ad defensionem atq; innocen-
tiam rei faciunt, & omnis inquisitio ita fa-
cienda est, ut non tantum non auferan-
tur inquisito defensiones suæ, sed etiam
ut ex faciliores reddantur, & ut reus si
innocens sit, se tueri facilius possit, ut ex

Jacobo Schultes ad Mod. Pist quæst. 125. Be-
ned. Carpov. d. qu. 113. n. 36. loquitur.

50. Exemplo rem declarabo, quando muliercula fatetur, se edidisse partum, sed mortuum, & se fuisse solam, nullam se vim intulisse infantulo, indicium hoc est sufficiens ad torturam, *juxta artic. ordin. crimin. 231. infine.* Sed cum possibile sit id, quod muliercula afferit, ideoq; judex in circumstantias inquirat, quo tempore concubuerit cum ea stuprator; & si respondeat, illa vel illa Septimana & die, interrogandus etiam est stuprator de tempore, nam ex tempore innocentia inquisitæ apparere potest v. g. Si appareat non esse illud tempus perfecto fœtui conveniens, vel tempus illud non esse infanti vitalis.

51. Imò Judex, quod septimum esto, debet ex officio inquirere, an inquisitus ex circumstantiis vel aliter docere innocentiam suam possit. Nunquid se eo tempore alibi & non in loco delicti fuisse, demonstrare possit, *juxta constit. crimin. art. 47. ibi:* Wenn in dem Fall der Beklagte die angezogene Übelthat verneint / so soll ihm alsdann fürgehalten werden / ob er anzeigen könnte / daß er der aufgelegten Missthat unschuldig sei. Und man soll den Ge- sangenen

sangenen sonderlich erinnern / ob er könnte beweisen und anzeigen / daß er auff die Zeit als die angezogene Misserhat beschehen / bey Leuten und an Enden und Orten gewesen sey / dadurch verstanden / daß er die verdachte Misserhat nicht gethan haben könnte. Additur ratio: Und solche Erinnerung ist darumb noch / daß mancher aus Einfalte oder Schrecken / nicht fürzuchlagen weiß ob er gleich unschuldig ist / wie er sich des entschuldigen und ausführen sol.

Et si his vel alii ad rem pertinentibus argumentis inquisitus se purgarit , iudicis partium erit de veritate purgationis per testes inquirere , sumptibus ipsius inquisiti , vel si inops sit , ex publico sumptus suppeditandi sunt , ut pluribus explicat ipse Imperator in d. art. 47. b. v. ibi: Und so der Gefangene obberührtter Massen oder mit andern dienstlichen Ursachen seine Unschuld anzeigen / solcher angezeigten Entschuldigung sol sich alsdenn der Richter auff des Beklagten oder seiner Freundschaft Kosten auff das forderlichst erkundigen &c. Et post pauca: Wo aber der Beklagte oder seine Freundschaft solchen obgedachten Kosten Armut halber nicht ertragen oder erleiden möchte / damit denn nichts desto minder das Ubel gestrafft / oder der Unschuldige

dige wider Recht nicht überreicht werden / so
sol die Obrigkeit oder das Gericht den Ko-
sten darlegen / und der Richter im Rechten
vorfahren. Sed de defensione plura suo
loco , hic tantum de interrogatoriis for-
mandis sermo est, ita ut ex interrogato-
riis , innocentia rei , si innocens sit, appa-
rere possit, & ut hic in examine rei quasi
præparatoria fiant ad futurum processum
defensionis.

53. Octavō cavendum judici. ne con-
fessionem eruat promissione impunitatis,
ā qua quantum fieri potest abstineat, atq;
aliis justioribus modis studeat veritatem
delictorum invenire, *Clarus S. fin. qu. 55.*
n. 8. Flammin. Chartar. lib. 2. Pract. inter-
rog. reorum cap. 2. num. 23. Bened Carpzo.
d. qu. 113. n. 50.

54. Nam licet simulare aliquid liceat ju-
dici ad eruendam veritatem, longē tamen
aliud est fingere vel simulare, quod fecit
Salomon, & aliud est mentiri. Deindē
confessio ista promissione impunitatis, e-
licita ad condemnandum minimē suffice-
ret ut prolixè tradit *Farinac. quest. 81.*
num. 76.

55. Aut enim judex superior est, cui li-
cet gratiam delicti facere, aut est inferior,
qui id facere nequit. Priori casu impu-
nita-

nitatem promissam servare tenetur, ut probat *Farinac. d. qu. 81. num. 277. & n. 280.* Posteriori casu vanus est & mendax judex, qui id promittit, quod suæ potestatis & arbitrii non est.

Nec illud admittendum, quod *Char-
tarius d. l. num. 30.* loco limitationis dicit licere judici hac cautela uti, quando per testes de delicto certò constat; Id sanè nunquam probandum est, nam & hoc ca-
su mendacium esset, & quo fine extorque-
ret judex confessionem rei? Si enim con-
victus est reus per testes, non amplius a-
deò desideranda est illius confessio.

Sed hic commodè queritur, an non 57.
judex ad eliciendam veritatem cautelis honestis & non ad decipiendum directis uti possit? Et quamvis de cautelis alias non malè dicatur, vulgo eas honorem afferre judicibus & *Advocatis* in hoc se-
culo, in alio tamen ædificare ad gehen-
nam, ut ex aliis refert *Chartarius dict. c.
1. num. 18. & Sig. Scaccialib. 1. de civ. cau-
sis & crimin. cap. 86. num. 35.* & ideo in
art. 100. constitutionis criminalis severè prohibitum, ne judex utatur interrogati-
onibus captiosis & non necessariis, Inter-
dum tamen non adeò absurdum, si
cautelis judex utatur, modò ex non ad
decisi-

decipiendum directè, nec iis innocens irretiri possit.

38. Quemadmodum apparet ex facto Salomonis, quod habetur *i. Reg. cap. 3.* allegatur *in cap. afferte X. de presumt.* Sic Claudio Cæsar matrem negantem quendam juvenem, qui verè ejus filius erat, proprium filium esse, coegerit ad confessionem veritatis, indicto ei cum ipso juvenile matrimonio: ut *Tranquillus in vita Claudi memorat cap. 15.* Et Carolus Magnus certus, quod vel pater vel filius, quos captivos detinebat, aliquem occidisset, incertus tamen, uter eorum fecisset, jussit utrumq; suspendi, donec pater, qui verè deliquerat, fateretur, se occidisse, & filium innocentem liberaret, ut ex aliis refert *Flamminius Chartarius dict. lib. 2. cap. 1. n. 48.*

39. Sed cautè his cautelis utendum; nam scimus nonnullos ficti supplicii & simulati metu obiisse: Qualia exempla memorat *Paris de Puteo de Syndic. in verbo tortus cap. 11. num. 1. Boss. tit. de Exam. reor. num. 4. & Chartar. d. c. 1. num. 51.*

60. Et ex hoc capite etiam defenduntur territiones reales & verbales, quando iudex præ se fert quasi torquendus esset inquisitus.

Et hoc pertinet cautela illa, quā iudicētes uti possunt si ita loquantur, at si omnina jam scirent, nec quicquam eis esset de crimen occultum; sed præcavere tamen debent, ne dicant se certo scire auctorem delicti, cum tamen nesciant. Ita enim contra veritatem mentirentur, mentiri autem semper est illicitum, juxta Domin. de Soto de justi et. iure lib. 5. qu. 7. art. 4. & Chartar. d. l. c. 2. num. 80. Sed caute potest inquisitor ita loqui, ut inquisitus credat, non esse inquisitori ignota sua delicta. Et hic prudētia opus est & moderatione, ne mendacium ullum dicatur, juxta Chartar. d. l. num. 78. Poterit enim his & similibus modis reum compellare: non est occultum ubi fueris, quid designaris convinceris testibus vel poteris ad confessionem veri ea ratione adigi, quæ tibi non placebit. Deo gloriam & fatere delictum quod occultum manere nequit &c.

Nono notandum, articulos debere ex indiciis formari, postquam enim ex generali inquisitione apparet, aliquem esse indicis gravatum, tunc in speciali inquisitione ex indiciis formandi sunt articuli v. g. apparet ex generali inquisitione, quod contra aliquam militent in-

dicia magiæ. Primum indicium est, quod minata fuerit se velle diabolo ipsum torquendum dare, Alterum indicium est, conversatio cum beneficis. Tertium est, quod suspectis usa fuerit gestibus, hinc ergo tales articuli formandi. Ob sic nicht Dl. M. kenne / was an dem Orte und Tage für Worte zwischen ihnen gefallen / hic potest adigi ut omnia, quæ tunc ultrò citroq; dicta sunt, referat, Was sic mit denen Worten gemeint / ob sic nicht M. M. zu bezaubern gemeint / ob sic solches thun könne / ob sic nicht M. M. kenne / ob sic mit ihr umgangen / aus was für Ursachen / &c.

63. Decimo debet judex perspectam habere naturam delicti ejusq; qualitates & circumstantias, ut ad hæc interrogatoria sua dirigere possit: V. g. quia magi solent pacisci cum diabolo, & certis verbis uti ad incantationes suas, ideoq; quæ Magiæ suspecta est, debet interrogari inter alia an habeat pactum cum diabolo, an verbis quibusdam utatur solennibus, quænam illa verba sint: sic quia homicidium sine armis rarò committitur, ideoq; de instrumentis etiam interrogandus est reus, & sic deinceps.

64. Considerandum etiam est, an delictum grave, an leve sit, an occultum,

an difficilis probationis, an frequens, an rarum &c. quibus omnibus & similibus consideratis, copiam interrogandi consequetur Judex, & quæ simpliciter, quæ accuratius tractanda sint, dignoscet &c.

Ambrozinus lib. 2. de process. inform. c. 4.

Undecimò super omnibus circumstantiis diligenter reus interrogandus est v.g. ex qua causa id fecerit, ubi, quando, &c. ubi fuerit tempore commissi delicti, an conversatus fuerit cum eo, qui ejusdem delicti consors. Nam ex his circumstantiis sèpè appareat defensio rei, & si nulla ei competit defensio, judex super veritate delicti redditur certior, & si reus circa aliquam circumstantiam mentitur, oritur præsumptio contra illum ex qua melius convici poterit. *Flaminin. Chartar. d. tractat. lib. 3. c. 1. n. 4. & 7.*

Duodecimò monēdus est judex, ut exame nō uno actu absolvat, sed de nonnullis una vice de aliis aliâ vice reum interroget, *Foller. in Pr. crim. rubr. & si compar. ante contumaciam n. 4. Flaminin. Chart. lib. 3. cap. 1. num. 13.* Idq; verum est, si reus sit homo versutus, versipellis, & ad omnia neganda promptus. Nam eo casu svaderem, ut postquam super generalibus interrogatoriis, & causa carceris ex-

minatus est reus hicq; totum negocium summariè enarravit, judex finem primo examini imponat, & responsa rei accurate perpendat, & interrogatoria specialia ita disponat, ut reum ad verum dicendum cogere possit.

67. Decimo tertio ipsa interrogatoria, qualia proponenda sint, scire judicem oportet: Sunt autem interrogatoria duplia, alia generalia, alia specialia. In generalibus interrogabit judex 1. de nomine inquisiti. 2. de parentibus. 3. de patria, 4. de ætate, 5. de educatione, 6. de vitæ conditione hactenus instituta, 7. de fortunis. 8. an hactenus de crimine aliquo sit diffamatus vel condemnatus, & similibus. *Chartar. d.c. i. n. 17. & seqq.*

68. Specialia autem ipsum delictum concernunt. Et hic primò interrogandus est, an sciat vel saltem præsumat causam suæ capturæ, vel præsentis examinis quomodo & qua de causa captus sit, ut hinc occasio detur interrogandi, & ideo juxta ejus responsonem formari possint cæteræ interrogations.

69. Si autem reus causam expresserit veram suæ carcerationis, potest judex mandare, ut facti seriem recenseat à capite usq; ad calçena, & postquam illam sine inter-

interruptione (à qua cavendum est) re-
censuerit, debet seriatim super his, quæ
omisit & obscure dicta sunt interrogari,
ad majorem rei elucidationem, quod ex
aliis proponit *Flammin. Chartar. d. lib. 3.
cap. I. num. 30. & seqq.*

Serie facti ita à reo proposita, si ap-
pareat versutum & callidum esse reum,
ac præcipuas circumstantias ipsum nega-
re, ac falsa comminisci moram interpo-
nendam & examen hac vice suspenden-
dum esse putarem, ut deliberare secum
judex possit, qualiter formare specialia
interrogatoria debeat, id quod scire po-
terit, si responsa rei ad interrogatoria
generalia & narrationem facti à reo pro-
positam benè ponderaverit..

Ideoq; responsionibus rei, quæ à reo
fortè dabuntur, quas ex narratione facti
prudens judex colliget, illa opponat in-
terrogatoria, quæ vel falsitatem, vel im-
possibilitatem, vel improbabilitatem ea-
rum responsionum coarguant, *Ambro-
sinus de process. inform. lib. 2. c. 6. n. 13.*

Decimo quarto articulos ut ritè for-
met, debet judex formare argumentum
principale totius examinis, ad quod ar-
gumentum omnia interrogatoria debent
referri, & ut supra diximus si reus sit ver-

sutior, eo ordine, ut ab iis exordium fiat quæ sunt generaliora, & ita reum constringat, & confessionem delicti ab ipso invito extorqueat. In minore argumenti propositione collocabuntur omnia indicia. Ea indicia ordine proponentur in articulis; sed ita ut altius & unde nihil suspecti sit, interdum percunctatio repetatur, & priora sequentibus applicentur.

73. Nec debet directè statim versutior reus interrogari, an fecerit delictum, an fuerit eo tempore in loco delicti, quia id procul dubio negaturus est. Sed interrogandus est reus, ubi fuerit per duos vel tres dies ante delictum vel post delictum perpetratum: Idq; minus aperte v. g. si die 20. mensis Junii delictum esset patratum, interrogandus est, in quo loco fuerit die 17. vel 18. Junii, cum quibus comederit, luserit, dormierit, deinde quid sequenti die egerit, quid deinde die 20. Junii, vel ordine retrogrado poterit judex percunctari, ubi fuerit reus die 22. Junii, quid itidem fecerit die 21. & quid die 20. qui continet tempus delicti. Et si reus sit ad negandum promptus, facile poterit hac ratione de mendacio convinci. Nam si reus expresserit nomina eorum,

rum, cum quibus conversatus illo tempore fuerit, statim ii qui à reo nominantur, examinandi sunt, ut de veritate vel mendacio constet, & hanc practicam describit *Chartar. d. lib. 3. cap. 1. n. 75.*

Hæc de interrogationibus forman-⁷⁴
dis sufficient. Necesse jam est ut inter-
rogatoria ea, seu articuli inquisitionales
reo in præsentia judicis, duorum scabi-
norum & Notarii jurati (nam horum
præsentiam *Carol. V. requirit in constit.*
crimin. art. 46.) proponantur, ejusq; re-
sponsio sine Advocato, ut communis ha-
bet practica, desuper requiratur. Nec
immerito igitur *Domin. Bened. Carpzov.*
d. quest. 113. num. 41. quorundam Nobili-
um ac Magistratum negligentiam & præ-
cipitantiam taxat, qui haud raro super-
ficialiter criminalia tractant, ac sine No-
tario ipsi vel per scribas suos ac ædituos
responsiones reorum scripturæ mandare
solent.

Sæpè autem accidere solet, ut rei ^{75.}
planè respondere nolint, sed copiam in-
dicatorum sibi edi petant, ideoq; hic me-
rito quæritur, an inquisitus innocentiam
suam deducere volens audiendus sit, an-
tequam ad inquisitionales articulos re-
pondeat? Quod negandum est, siqui-

dem responso inquisiti est instar litis contestationis, à quâ judicium incipit. *l. unic. C. de litis contest.* Sicut ergo in civili judicio exceptiones non nisi lite contestata audiendæ, ita etiam reus defensionem prætendens, & propterea copiam indiciorum petens, prius ad articulos responderet & litem contestari debet. Et ita sentit *Clarus* §. fin. quest. 45. num. 8. & qu. 49. num. 11. *Nevizan. consil.* 75. *Flamin. Chartar. libr. 3. Praet. interrog. cap. 3.* num. 22. *Benedict. Carpzov. quest. 115. no. 25.* & seqq.

76. Sed quid si velit respondere reus, sed petat dilationem ad respondendum, an hæc illi concedenda. Et communius receptum ac consuetudine approbatum esse testatur *Clarus* §. fin. quest. 45. num. 7. *Flamin. Chartar. l. 3. cap. 2. num. 21.* non dandam esse dilationem inquisito, quando super facto proprio interrogatur: Sed hac in parte arbitrium judicis non excluderim. Videndum enim, an factum antiquum vel recentius, an inquisitus ad oblivionem pronus, ob quam causam dilationem petat. Hæc & similes circumstantiae bene sunt ponderandæ.

77. Deinde queritur, an reus compellendus sit jurato respondere ad articulos,

quod

quod in Italia receptum esse ex *Claro*,
Farinacio & aliis apparet, imò & judices
imperitos interdum in Germania jura-
mentum deferre inquisitis præter *Carpz.*
quest. 113. num. 42. testis est *Experientia*.
Sed practica hæc meritò improbanda :
quoties enim metus perjurii, toties ju-
ramentum exigendum non est, ut recte
Clarus §. ult. *quest. 45. num. 9.* ubi per-
hanc practicam occasionem perjurii præ-
beri testatur, cum reus nunquam soleat
spontè fateri delictum, Ergò sine jura-
mento adigendi sunt, ut ad articulos re-
spondeant, nam qui vero similiter (ut
hic) pejeraturo juramentum defert, plus-
quam homicida est *c. ille, qui hominem* §.
caus. 22. q. 5. Johan. Baptist. Af. de execut.
§. 8. cap. 2. num. 22. Domin. Soto lib. 8. de
just. & jure quest. 2. art. 4.

Quid si verò reus planè nolit re- 78.
spondere? Resp. hoc annotari debere jus-
su judicis, à Notario juxta tradita *Flam-*
minii Chartarii lib. 3. præt. interrog. reo-
rurum ca. 2. num. 1. Et poterit tunc reus
contumax in *criminibus levioribus*, *ca-*
ptis pignoribus, vel *multæ inductione*,
compelli ad respondendum; in *gravio-*
tibus etiam poterit addi comminatio, i-
psum alias pro confessio habitum i. i., ni-

respondeat, cum alias contumax in non respondendo positionibus habeatur pro confessio c. fin. de confessis lib. 6.

79. Potest etiam inquisitus (præsupponimus autem indicia legitima contra eum militare) minis adigi, Dass er bey Vermeidung anderer oder schärffer Verordnung auf die Articul entworfen solle.

80. Imò etiam si indicia verisimilia, torturæ mentio fieri potest, dicere enim potest judex, se reum si in contumacia perrexerit, fidiculis subjecturum. Et si porro in contumacia perrexerit, & in dictiis sit gravatus, reus potest mediante tortura compelli ad respondendum, sicut hanc practicam commendat *Flaminus Chartarius d. cap. 2. num. 2.*

81. Nonnunquam respondent quidem rei, sed verbis ambiguis & dubiis v.g. non possum pro certo asserere, non recordor, potest ita se habere, & similia: Et tunc monendus reus, ut verbis perspicuis & categorieis respondeat ad articulum, vel poterit jubere judex, ut responses dubias & obscuras, priusquam ad ulteriora progrediatur, declaret, ne postea reus super obscuris & dubiis propositionibus novas excogitet fraudes *Flaminus Chartar. lib. 3. cap. 2. num. 4.* imò si no-

lit categoricè respondere, poterit torturæ subjici non quidem in hunc finem, ut fateatur delictum, sed tantum, ut affirmativè vel negativè respondeat. *Boss. tit. de respnſ. reorum. num. 4.*

Sed hoc tunc habere locum notandum est, quando super delicto ipso interrogatur, vel super circumstantiis substantialibus concernentibus factum proprium ipsius inquisiti, & quod in recenti memoria versari præsumitur. Nam si interrogetur super aliis circumstantiis & qualitatibus delicti, & reus constanter afferat, se hujus circumstantiæ non recordari, tunc tortura ad responsionem categoricam faciendam adhibenda non est, ut rectè tradit *Follerius in practic. crimin. rubr. & si confitebuntur part. 3. n. 4. Flamin. Chartar. d. cap. 2. num. 17.* Et considerare debet judex an etiam oblivio illius circumstantiæ sit probabilis v. g. diei oblivio probabilis est, secundum *Bossum d. tit. de resp. reorum num. 5.*

Quod si reus incipiat fateri veritatem, nullo modo judex examen dimittat, aut differat, sed continuet quantum poterit, & instet, quousq; ille perfectè dixerit veritatem, saltem quoad principale negotium, nec rationem habeat, vel prandii

vel cœnæ, vel somni, vel alterius impedimenti, ita admonet *Flammin. Chartar. d. l. 2. cap. 2. num. 20.* & *Ambrosinus lib. 2. cap. 6. num. 39.* frequentius enim reperatum est inquit *Chartar. d. l.* quod interruptis ita confessionibus reorum, qui iam cœperunt dicere veritatem, redeant ad vomitum, & veritatem, quam aperire inceperant, habito consilio deteriori reticeant.

34. Quod si vero reus aliquid respondeat, quod verum non esse, ex processu apparet, non statim illum mendacii arguat judex, sed altius repetita interrogatione interroget amplius, ut de mendacio ipsum convincere possit *Flammin. Chartar. d. cap. 2. num. 59.*

35. Præterea cavendum est, ne reum interrogatoriis respondentem verbis vel risu interrumpat judex; remoratur enim interruptio illa fatentem reum, & quandoq; revocandi & recipiendi se à cœpta confessione suggestum consilium ita movente *Ambrosino d. cap. 6. in fin.*

36. Compertum etiam est, interdum reos simulasse furorem & mentis alienationem. Sed tunc Medici consulendi sunt eorumq; consilium adhibendum, an reus sit emota mentis, an vero tantum emo-

tæ mentis simulatio. Examinandi sunt
ii, qui cum reo conservantur, an furo-
rem unquam vel mentis alienationem de-
prehenderint. Rarò enim contingit men-
tes sanos omnia mente captorum more
facere, & propterea custodes diligenter
adventent universas rei actiones & verba,
ex quibus dementia satis probatur. Flam-
min. Chartar. d. lib. 3 cap. 2. num. 44. ubi
num. 46. metu tormentorum imò etiam
tormentis ipsis, si legitima præcedant in-
dicia, simulationem detegi posse rectè o-
pinatur, nam dolor jocum & fictionem
non facile patitur.

Considerandum etiam est in respon- 87.
sionibus reorum, quibus gestibus respon-
deant, an audacter, an pavide, an cum
rubore, vel cum trepidatione, an pallo-
re respondeant. Et hæc Notarius in in-
strumento diligenter notare debet, & qui-
dem ex mandato judicis. Chartar. d. c. 2.
num. 73. & 78. faciunt enim gestus hi in-
dicium aliquod, si cum aliis gravioribus
concurrant, ut per l. de minore 10. §. tor-
33. Sunt autem interrogatoria testi propnenda duplia. Alia generalia, alia specialia. Generalia sunt vel ad personam vel ad causam. Generalia ergo hæc interrogatoria, tam ad personam quam causam directa judex ex officio præmittet, ita interrogando testem.

1. Wie Zeuge heisse?
2. Wie ale er sey?
3. Bes Standes?
4. Ob er wisse wozu er hieher beruffen sy?
5. Ob er inquisito feind?
6. Ob er mit dem Entleibten (vel alia persona læsa) verwand?
7. Wie er zum Zeugniss komme?

Speci-

Specialia interrogatoria ita instituet 54.
 judex, ut quoties testis interrogatus su-
 per ipso delicto, vel super indiciis & præ-
 sumptionibus respondet affirmativè, nec
 addit causam scientiæ, an audiverit, an
 viderit &c. ex officio querat causam sci-
 entiæ. Ethoc ipse *Imp. Carol. V.* requi-
 rit in art. 65. *Constitutionis Criminalis*, ut
 testis causam scientiæ alleget, mit Anzei-
 gung ihres Wissens gründlicher Ursach.
 Ex quo sequitur si ipse testis sponte sua
 rationem scientiæ non assignet, hanc à
 judice requiri debere, quippe alias inva-
 lida erit depositio. Et talis causa sci-
 entiæ est quasi anima animans dictum testis,
 quod sine illa est quasi cadaver inutile
 nihil agens, ut ex *Baldo aliisq;* tradit in
 terminis *Ambrosin.* in sèpius allegato tmct.
lib. I. cap. 2. num. 15. &*f.* prolixè *Farinac.*
lib. 3. quest. 70. Ego pluries habui præ
 manibus similes testes, inquit *Ambrosin.*
d.l. n. 17 qui cum ad rationem sive cau-
 sam scientiæ reddendam compellerentur,
 nihil concludebant, quia deprehendebam
 illos vel proprio judicio vel spe, vel timo-
 re, vel amore vel odio motos, ea quæ de-
 ponebant, deponere, & sic sentiebam eo-
 rum dictis nullo modo esse insistendum.

Si vero testis dicat se audivisse tune 55.
 inter-

interrogandus erit à quibus audiverit, & si nominaverit eos à quibus audiverit, vocandi & illi sunt, & examinandi, vel in actis consignanda ratio, ob quam examinari non potuerint, v. g. si mortui sint, vel absentes. Etenim tales testes, qui de auditu deponunt, quando haberi possunt illi à quibus se audivisse narrant, ne presumptionem quidem faciunt, si non habentur auctores. *Menoch. Conf. 98. num. 56.*
& Ambrosin. d. c. 2. num. 22.

56. Postquam testes comparuerunt ad perhibendum testimonium, non debet judex facile partes suas demandare aliis, sed ipse debet examini praesse, idq; dirigere.

57. Ideoq; judex unà cum duobus adsesoribus, adjunctoq; sibi Notario debebit Testes graviter admonere de perjurio, ac de dicenda veritate, exempla etiam Divina vindictæ repræsentare, & postea invocata Divina ope aggredi examen.

58. Idq; quod diximus, scilicet ut judex ipsi examini intersit, propterea utile judicamus, ut possit eò diligentius explorare, sit ne quis testimoniū in depositione inconstantior; qui vel in substantia rei, vel qualitatibus & accidentibus à semet ipso vel aliis discrepet, seu an in testis moribus,

bus, sermone, animiq; motibus quicquam perspicere possit , quod notasse ad rem faciat, ut judicem admonet Imperator. Carol. V. artic. 71. h. v. So nun dasselbe peinliche Gericht mit Personen / die solche Rundschafft rechtmessiger weise zu verhören geschickt und verständig sind / besetzt ist/ so sol der Richter / samme zweyen aus denselben dazu tūglich / und dem Gerichtsschreiber gemeldie Rundschafft wie sich im Rechte gebühret / mit Fleis verhören / und sonderlich eigendlich aussmerzen / ob der Zeug in seiner Sage würde wankelmüttig und unbeständig ersunden / solche umbstände / und wie er den Zeugen in eüsserlichen Geberden vermercket / zu dem Handel ausschreiben.

Quod si verd in judicio vel seabina- 590
tu idonei non sint examinatores, tunc hoc superiori significandum, & orandus est ut nonnullis ex officio hoc munus injungat, ne cui injuria fiat aut reus præjudicio temerè prægravetur art. 72. p. s. D. quod primum adeo est, si debita testimoniis recipiendis, datis & deputatis examinatoribus desit dexteritas & exercitatio, in qua maximum sapere rei periculum immo totius negotii cardo versatur, ut inquit Remus in exposit. art. 72. Ordin. Crim.

So

So aber inquit Imp. d. art. 72. ein peinlich Gericht / wie denn im Reich an vielen Orten befunden / mit solchen obgemeldten verständigen Personen nicht besetzt wäre / wiewol dann sonst nach Vermög gemelner Recht in peinlicher Sachen / außerhalb der selben Gerichts-Personen nicht Kundschafft Verhörer oder Commissarten gegeben werden sollen / dieweil aber an verständigen Kundschafft Verhörern viel gelegen ist / und etwa aus Unverständ dieser Kundschafft Verhörer kein Verkürzung geschehe: So ordnen und wollen wir / wo obgemeldter Mangel erscheinet / daß disfals die obgedachte verzeichnete Beweisungs-Articul / durch den Richter und vier Schöppen doch ohne Nachhell und Kosten der Parteien / der vorgemeldten Obrigkeit zugeschickt / und dabei Gelegenheit und Gestalt der Sachen so viel sie deren Bericht empfangen / anzeigen werde / darauf denn dieselbe Obrigkeit verständige Kundschafft Verhörer / ungetrachtet / ob sie nicht des Gerichts wären / auf Ansuchung des / der Kundschafft führen will / verordnen / und ob es die Nothdurffe erfodere und begehrte wird / compulsorial und compas-Briefe geben soll dadurch die Zeugen zu gebürtlicher Sage zu bringen sind. Und sol demnach gemeldte Obrigkeit

Obrigkeit so viel an ihr ist / allen Fleischthun/
und was sie selbst nit verlunde / bey Rechtes/
Verständigen Raths pflegen / damit solche
Kundschafft den Rechten gemes verhöret
werde / doch auch ohne der Paribehen Po-
sten und Nachtheit. Ex quo artic. bene-
notandum , judicem non posse Commis-
farios constituere examinandis testibus
qui sunt extra judicium.

Alia causa committendi examinis 61.
est , si testes qui examinandi sunt , repe-
riantur absentes , & extra territorium ju-
dicis examinantis constituti , nam eo qui-
dem casu testes personaliter venire debe-
rent , & se sistere coram judge , qui de-
crimine cognoscit , per Auth. apud Elo-
quentissimum C. de fide instrument. prolixè
Farinac. lib. 3. quest. 77. num. 71. & seqq.
de consuetudine tamen observari testa-
tur , Clarus quest. 26. num. 3. ut judge mit-
tat literas subsidiales sive remissorias ad
ipsum judicem , cuius jurisdictionem a-
gnoscit testis , ut à judge illo examine-
tur testis. Et rotulum examinantis judici
causæ principalis transmittatur , id quod
etiam observatum memini.

Quamvis hoc casu , etiam judicem 62.
criminis , per subsidiales literas sive per
Subsidium alterius Magistratus ad se vo-
casse

casse testem sciam, id quod magis svalerim ob rationem dicti articali 71. & seq. nixus auctoritate Lanfranci tract. de testibus n. 19. vers. in criminali autem. & Boſſ. tit. de opposit. Contra testimoniū dict. num. 26.

Sed quid si testis persona sit egregia,

63. anne hoc casu cessabit privilegium Legis ad egregias ff. de jure jurando. Ita quidem vult Clarus d. quæſt. 26. num. 2. Contrarium vult Farinacius d. quæſt. 77. num. 100. Sed nullam video causam, Cur non judex ipſe cum 2. Scabinis & Actuario talis personæ aedes accedere, & ſcientiam ejus ſuper crimine requirere poſſit. Imo quacunq; id fiat ratione, nihil intereſt, modo judex testes ipſe examinet, id quod legibus, dictæ ſcilicet Authenticae apud Eloquentiſſimum. & dicto art. 71. & seq. nec non rationi eſt conueniens.

64. Quod ad depositionem testimoniū ipsam attinet, non opus eſt monere, examen faciendū eſſe abſente reo vel inquisito, id quod civilibus & criminalib⁹ judiciis commune eſt; ſed illud probe obſervandum judicii, ut reſponſionem exigit à teste claram, perſpicuam, ac categoricam. Nam obſcura, ineerta & dubia depositio nihil probat, v. g. ſi verba ſint ambigua, ita ut pro inquisito & contra iſum interpreta-

tio-

tionem recipient, vel si incertò respondeat, per verbum (fortasse) aut (ita videtur) vel (si rectè memini) vel (ni fallor) vel (circiter) vel (porest ita esse) quos respondendi modos recenset *Dom. Carpz.*
in d. quest. 114. num. 57. & seqq. & talis respondendi modus usitatus est rusticis & plebejis, qui nolunt effari veritatem, & verba in ore quasi pulmentum volant.

Hic argendus est à judice testis, ut si certò sciat, eloquatur categoricè, aut respondeat, se nescire. Memorem ipsum esse debere juramenti præstiti de veritate dicenda; non consistere ipsum coram rusticis, sed coram judice in conspectu summi judicis, quem nemo fallere potest & similia. Dicat ergo quid sciat de hoc articulo, & dicat perspicuis & categoricis verbis.

Nec admittenda est responsio de crudelitate in rebus iis, qæ sub sensum caudent corporeum, nisi adjiciat testis causam & rationem concludentem per sensu corporeum, quo veritas possit sciri *cap. tertio loco 13. X. de presumt. Gometz tomoz. resol. Cap. 12. num. 10. Carpzov. d. qu. 114. num. 59.*

Nec admittenda est depositio de auditu per *Constit. criminalem Caroli Quinti*

ti art. 65. Ibi Die Zeugen sollen sagen von
ihrem selbst eigenem waaren wissen / mit
Anzeigung ihres Wissens gründlicher Ur-
sach. So sie aber vom frömmsten hören
sagen würden / das sol nichte anunquam ac-
achte werden. Urgendus itaq; est testis,
ut de proprio sensu testetur , quod si se-
facere posse neget , quod non præsens fu-
erit , vel non viderit , tunc depositio ejus
tal is , qualis est , conscribenda est , & re-
linquendum Sapientibus judicium , quan-
tum fidei tali assertioni sit tribuendum.
Nihilominus requiret judex ut nominet
eum à quo audiverit ut supra diximus.
Nam testis de auditu deponens , nihil pro-
bat , nisi nominaverit eum , à quo se au-
divisse dicit. Farinac. lib. 3. qu. 69. n. 75.
ubi plura habet de testimonio auditus per
totam quæstionem.

68. Interdum præter Notarium & sca-
binos etiam interpretes duo ad minimum
necessarii sunt ad examen testium , quod
duobus fit casibus. 1. Si Notarius ac Sca-
bini sint imperiti ejus idiomatis , quod te-
sti est familiare , quod in his terris fre-
quenter contingit , ubi multi accolæ Mar-
chiæ nostræ in Lusatia inferiore Vanda-
lico idiomate utuntur.

69. 2. Si examinandi sunt muti & surdi,
lite-

literarum pingendarum ignari (Nam si literas pingere sciant, poterunt testimonium ferre in scriptis *Masc. de probat. l. 3. concl. 1365. n. 26.*) ubi si testis nutibus & signis scientiam suam significare possit, adhibendum putarem unum atq; alterum interpretem, qui signa ejusmodi interpretetur, juxta *Ambrosinum lib. 1. cap. 6.* Sed hac in parte scrupulosum esse oportet judicem & Notarium, nec judex interpretatione unius debet esse contentus, sed cuncta debet tentare ac timari, ut intellectus ille signorum sit evidens & certus, alias vix veram producet probationem ut ex *Aufrerio aliisq; dicit Mascarus d. concl. 1365. num. 25.*

Diligenter monendus est judex & 70.
Notarius, ut omnia testium dicta diligenter
verbis formalibus consignent literis. Reperiuntur enim proh dolor! ejus-
modi homines, qui solent ea tantum dicta
testium consignare vel scribere, quæ pro
fisco faciunt, quæ verò contra fiscum faci-
unt solent omittere, quo nihil magis bar-
barem & iniquum est. Contrarium hoc
est cōstitutioni Imperatoris *Caroli Quinti*
qui artic. 181. *Constit. criminalis requirit*
ut Actuarius ea fide, ac diligentia quæ se
jurejurando judici adstrinxit, eov; ordi-

CAPUT VIII.

ne quo singula fiunt, &c. Omniaq; de-
mum acta distinctè ac sigillatim consignet
Sed quoniam in dicto art. 181. & seqq. mul-
ta habentur quæ ad officium Notarii spe-
stant, ideo verba formalia eorum adducere
operæ pretium erit. Ein ieder Gerichts-
Schreiber inquit Imp. d. art. 181. sol in
peinlichen Sachen bey seiner Pflicht alle
Handlunge / so peinlicher Klag und Ant-
wort halben geschichte / gar eigentlich / un-
terschiedlich und ordentlich auffschreiben / &c.
Item: und sol bemeiste Beschreibung durch
den Gericht-Schreiber desselben Gerichtes
ordentlich und unterschiedlich gehan wer-
den / &c. & art. 182. Weiters was der Be-
klagte zu solcher Klag zur Antwort giebt / so
er erftlich ohne Marter derhalben bespracht
wird / das sol auch nach derselben Klage be-
schrieben werden und sol allewegen durch
den Schreiber Jahr / Tag und Stunde /
darauff eine jede vor oder nach berührete
Handlunge beschichte / auch wer jedes mal da-
ben gewest sey / gemeldet werden. Und er der
Schreiber / sol sich das er solches gehöret und
beschrieben mit seinem Tauff- und Zunamen
selbst auch unterschreiben; Et art. 183: ibi:
Sol alles eigendlich beschrieben werden /
& art. 185: requiritur ut omnia acta ac di-
cta in examine torquendi formaliter con-
signentur, & art. 188. Ob denn die Kla-
ge

ge von Ampis wegen herkame / und nicht von sonderlichen Anklägern geschehe / wie denn die Klage an den Richter kommen / auch was der Beklagte dazu antworte / und was fürther in allen Stücken nach laut dieser unserer Ordnung deshalb gehandelt wird / sol wie oben im andern Fall des Anklägers halber gemeldet ist / beschrieben werden. Et art. seq. 189. Und sol die Beschreibung aller obverührter Handlung / sie geschehe von Ampis wegen / oder auff anklagen / durch einen jeden Gericht-Schreiber der peinlichen Gerichte vorgemeldet Massen gar fleißig und unterschiedlich nach einander / und Libels weise geschrieben werden / und alkerwege bey jeder Handlung / wenn die geschehen ist / Jahr / Tag und Stunde / auch wer dabeigewesen sey / melden. Dazu sol sich der Schreiber selbst auch wie ob stehtet / dermassen unterschreiben / das er solches alles gehöret und geschrieben habe / damit auff solche formliche / gründliche Beschreibung statlich und sicherlich Beurtheilt / oder wo es Noth thun würde / daraus nach alker Nothdurft gerathschlagen werden müge. Zu solchem allen sol ein jeder Gericht-Schreiber bey seiner Pflicht als vorstehet / allen möglichen Flels thun / auch was gehandelt ist / in Geheim halten /

und des alles nach lauf seiner Pflicht ver-
bunden seyn. Und solt solch Gerichts-
Buch oder Libel allwege nach Endigung
des Gerichts-Tages verschlossen und ver-
wahret gehalten werden. *Hartenus Imper.
Carol. V.*

71. *Imò judices ac Notarios qui verba
testium immutant, diabolice agere ac cri-
men falsi committere, sanguinem huma-
num sitire, ad turpia lucra anhelare con-
queruntur Clarius quest. 23. num. 1. & Am-
brosi. lib. 1. cap. 2. num. 9. & seq.*

72. *Et sanè cum in civilibus sàpè ad-
jungantur Notarii, multo magis id ne-
cessarium esse putarem, in criminalibus,
præsertim si judex vel Notarius suspectus
inquisito videatur. Nec opus est ut in-
quisitus adducat causam suspicionis. Si-
eut etiam non nunquam adjunctos fuisse
Notarios memini. Sed eum inquisiti ut
plurimum sint pauperes, quis Notarius
ab iis se adjungi Actuario sustinebit?
Ideoq; summa severitate, & cum commi-
natione pœnæ à Superioribus debebat hoc
injungi Judicibus & Notariis, ut omnia
acta & dicta, omnia inquam formaliter
consignarent.*

73. *Cavendum etiam judicibus & No-
tariis, ne etiam æquipollentia verba fin-
ganſ.*

gant, aut locutiones testium contrahant, quo ipso haud raro nec absq; summo inquisiti periculo sensus attestatorum invertitur, sed locutiones testium singulaq; verba à testibus prolata, prout sonant, diligentissimè sunt consignanda, quod probè notandum esse dicit *Carpzov. d.*
quest. 114. num. 83.

Nonnunquam fit ut testes videantur suspecti si v. g. vel odio inquisiti multa sine fundamento garriant, vel etiam in gratiam inquisiti multa dicant ad eum exculpandum. Imò saepius factum, ut testes prius pro informatione judicis ante litem contestatam recepti, multa deponant contra reum, post litem contestatam verò ubi crimen jam probandum est, omnia ferè dicta sua revocent, & inquisitum exculpent, procul dubio ab inquisito aut ejus cognatis corrupti. Hic ante omnia annitendum judici, ut eos in mendacio capere ac deprehendere possit, *Clarus d. quest. 23. num. 1.* ideo diligentissimè omnes circumstantiæ, loci, temporis, aeris, vestium &c. quærendæ sunt ex testibus, ut in mendacio deprehendantur, quale exemplum elegans *ancor historia de Susanna in sacris descripsit.*

75. Si autem iudex animadvertisat testem vacillare, & aliquid antea affirmasse jam negare, vel dicat se interfuisse quidem actui, sed non vidisse, adeoq; si testis indiciis sit gravatus, atq; præsumtiones legitimæ contra illum militent, quod mentiatur, poterit ipsi iudex minari torturam, vel etiam territionem realem adhibere, imo ipsum torturæ subjicere potest. *per l. ex libero 15. princ. ff. de questionibus* *ici (non vacillante) argumento sumpto à con-*
trario sensu. Farin. lib. 3. quest. 79. num. 6.
ubi agit de teste vacillante & num. 17. ubi
idem esse dicit in teste, qui actui interfuit &
dicit tamen se nihil vidisse nec audivisse. Et
num. 20. ubi idem esse dicit si testis in men-
dacio deprehendatur. Tales ergo testes
etiam torqueri poterunt.

76. Sed observandum judici i. hoc eo casu tantum locum habere, quando veritas aliter haberri non potest, quando enim veritas aliter haberri potest, tunc testis torqueri non potest ullo casu. *Per*
tradita Farin. d. quest. 79. num. 76.

77. 2. Hoc tunc tantum locum habere, quando testis indiciis urgentibus gravatus est, & in mendacio deprehensus. *l. u-*
nius 18. §. testes 3. ff. de quest. Zang. cap.
z. de Tort. num. II. aut vacillaverit vel

extra

extra judicium, aliter dixerit. *Clar. quest.*

25. num. 7. Id quod totum judicis arbitrio committendum. *Clarus d. quest. 25.*

num. 9. *Bened. Carpz. quest. 119. num. 50.*

Recte itaq; judex faciet si haec de re petitiōres consularat.

Deinde 3. observandum est tunc de- 78.
mum torturam testi inferendam, si vacillet vel mentiatur circa circumstantias principales, utputa locum & tempus, non circa secundarias & accidentales. *Farinac. d. quest. 79. num. 14. Zanger. d. cap. 1. num. 18.* item si causas mutationis probabiles allegare non possit & similia.

Nee hoc intelligendum est de teste 79.
in dignitate constituto. *Farin. d. l. num. 15. Clarus d. quest. 25. num. 6. Carpz. d. quest. 119. num. 49.*

His tamen easibus, quibus testis va- 80.
gillans fidiculis subjici potest, semper le-
vius quam ipse inquisitus principalis tor-
quendus est. *Ambrofinus d. tractat. lib. 1. cap. 4. num. 17.* In tortura autem potest
interrogari de iis qualitatibus, circa quas
antea variavit, quando etiam suspicio est
ipsum esse corruptum ac subornatum,
interrogari potest, a quo subornatus fu-
erit ad priorem suam depositionem revo-
candam, vel mutandam.

81. Sed quæritur hic an judex semel facta probatione, in processu inquisitionis, & testibus jam examinatis, alios ac novos articulos formare, aliosq; testes producere possit? De processu ordinario, ubi Accusator intervenit, non loquimur, ubi id fieri non posse certum est *Carpzov. d. quest. 114. num. 13.* Sed de processu inquisitorio affirmamus, posse judicem super iisdem articulis vel novis, alios ac novos testes producere cum *Claro quest. 61. num. 2. Farinacio lib. 3. quest. 75. num. 412. Carpz. d. quest. 114. num. 14. Ambro- fino lib. 3. cap. 1. num. 55.* id quod *Dom. Carpz. d. l. probat ex l. 18. §. 1. ff. de quest.* ubi de repetitione torturæ agitur, quæ locum non habet, nisi nova indicia interveniant. Si autem nova indicia requiruntur, hæc probari debent & testes denuo producendi sunt.

82. Imò illa sententia exinde etiam probatur, quod secundum Dd. communè placitum, judex ex officio tam in civili, quam in criminali causa, testes alios super iisdem articulis vel novis examinare possit *Gail. lib. 1. obs. 107. num. 5. & l. 1. de P. P. cap. 18. num. 7.* ratio est, quia in Judice non subest timor subornationis, nec ei in causa concluditur, neq; publicatio

catio adfert ei novam notitiam per text.
inc. cum Johannes 10. circa finem X. de fide
instrum. Gail. d. cap. 18. num. 8.

Et hoc maximè necessarium erit, 83.
si judex ex attestatis discat, crimen non
esse satis probatum, sed tantum unicum
testem deposuisse de delicto. Nam uni-
us testis dictum non sufficit ad condem-
nationem. Deut. 19, v. 15. l. iurijurandi 9.
§. 1. C. de testibus c. licet universis 23. X. de
testibus. artic. 67. Constit. Crimin. Etiam si
Princeps esset Matth. Steph. ad artic. 22.
Constit. crimin. quem sequitur Carpz. d.
quest. 114. num. 48. Quando igitur judex
videt crimen non esse sufficienter proba-
tum, tunc videre ipsum oportet, an sint
alii de facto probabiliter informati, vel
an sint alia indicia, quibus reus prægra-
vari & veritas criminis sufficienter pro-
bari possit, ut Adseffores facultatis vel
scabinatus sufficientem habent de facta
informationem, nec interlocutoriam sen-
tentiam ferre necesse habeant, sed defi-
nitivam ferre possint.

Imò si judex relectis attestatis, vi- 74.
deat testis unius depositionem esse obscu-
ram, & scrupulum posse injicere referen-
ti, poterit judex denuo vocare testem &
ei injungere, ut dictum suum obscurius
expli-

explicit, juxta practicam Clari quest. 61.
num. 5.

85. Non abs re etiam facturum putarem judicem, si finito examine, adhuc semper testi articulos prælegeret, ac ipsius responsiones, & moneret, ut attendat, an hæc ab ipso ita deposita fuerint, an habeat aliquid quod adhuc addendum, vel corrigendum sit.

86. Non nullis etiam in locis, Italæ præsertim, subscriptio ipsius testis requiritur, quamvis his locis id non observetur, si tamen judex subscribi attestata curet a teste, non malè faciet, sed potius diligentiam ac dexteritatem suam demonstrabit.

87. Absoluto examine quando videtur proficuum esse ut attestata ad disponendum reum ad dicendam veritatem, & ad ipsum convincendum, ipsi prælegantur, vocare debet inquisitum, & curare, ut depositiones testium per Actuarium ipsi prælegantur, Ambrosinus dicto tract. lib. 2.
cap. 8. num. 1.

88. Antequam autem hoc fiat, bonum erit reum cum circumspectione interrogare, an testes examinati sint reo noti, vel ignoti, an amici vel inimici, an ipsos habeat pro veridicis & fide dignis. Poterit

terit etiam judex aliquos qui reo noti sunt & familiares nominare, licet revera examinati non fuerint, & de omnibus his tam examinatis quam non examinatis interrogandus est reus, an habeat pro amicis, ut nesciat inquisitus, an omnes, an verò quidam, & quinam eorum sint examinati; quia si de examinatis tantum quærat judex, facile conjiciet inquisitus ad quem finem prædicta quærat. Et hæc interrogatio est maximi momenti, quia ex hac deprehendet judex, quæ objici possint contra personas testimoniū, & potest se summarie informare, an verum sit id quod objicitur, ut reus non possit falsas exceptiones testibus objicere. *Follerius in Pract. Crimin. tit. et si comparent. num. 10. Ambrofin. d. cap. 8. num. 4. & seq.*

Si dicat hunc esse sibi inimicum, 89. vel infamem; interrogandus est de causa inimicitiae, vel infamiae, earumq; qualitate. *Ambrofinus d. cap. 8. num. 6. & seq. qui num. 8.* Consilium hoc suggerit, ut judex in genere prius interroget, an inquisitus habeat inimicum aliquem, quod si respondeat negando, tunc securus erit judex quod testibus inimicitiam oppone-re non possit; quod si verò se habere ini-

micos responderit, de causis inimicitiae interrogandus, ut antea dictum.

90. Poterit etiam judex præsumtiones, si quas inquisitus habet contra unum & alterum testem, argumentis & præsumtionibus legitimis elidere & diluere, & remita convincere juxta Ambrosin. d. cap. 8. num. II.

91. Non erit abs re formulam interro-gandi reum ex Ambros. d. l. mutatis ta-men nonnullis subjicere, Quæratur igitur inquisitus.

1. Ob er Titium kenne? R. Ja.
2. Wie lange er ihn kenne? R. drey Jahr.
3. Mit welcher Gelegenheit sie in Kund-schaft kommen? R. Sie wären Cammer-raden gewesen unter einer Compagnie.
4. Ob sie auch Freundschaft gehalten hät-ten? R. Ja.
5. Ob er Titium für seinen Freund achte-ic. R. Ja.
6. Ob er ihn auch für einen warhaftigen Mann halte? R. Ja.
7. Ob er auch Sempronium kenne? R. Ja. Et sic similiter ut de Titio in reliquis.
8. Ob er auch Proculum kenne? ic. De-inde queratur de Petro. Ja er kenne ihn, der wäre sein Feind.

9. Was

9. Was er für Ursache ihm geben? R. Dis
wäre die Ursache; daß ic.
10. Ob er auch vermeine daß diß so eine
grosse Ursache sey / daß daher eine Ca-
pital-Feindschafft entstehen solle? R. &c.
11. Ob auch vermutlich daß aus dieser Ur-
sache ein Mensch sein Heyl und Seltge-
keit verschweren solte? R. &c.
12. Ob inquisit erweisen könne daß ihm
Petrus etiuge Feindseeligkeit erwiesen?
R. Könige solches nicht erweisen.
13. Ob inquisit mit jemand mehr in Feind-
schafft lebe? R. mit keinem.

92

His præliminaribus præmissis ad rem
proprius veniat & quærat, ob inquisit
nicht die Wahrheit sagen wolle / ob er am
vergangenen Montage auff der Gasse mit
dem blossen Degen gangen? Er solle nur
bekennen / die Zeugen wären schon abgehö-
ret. Quod si perget in negando, jubeat
judex, ut Actuarius judicij reo clara vo-
ce prælegat depositionem testium peracta
lectione, quærat, quid reus opponere pos-
sit contra attestata. Forte dicet se mai-
ori quo modo hoc Sempronius dicero
potuerit. Sed tunc ulterius urgendus est,
ut fateatur delictum, cum de Sempronio
antea dixerit se habere ipsum pro amico,
& homine fide digno, esse ergo hunc te-
stem

stem omni exceptione majorem. Postea & alterius testis depositio ipsi prælegatur.

93. Quod si vero sic exprimi reo veritatis confessio non possit, ad confrontationem tandem pervenientum est, quæ est Commissio testium cum ipso inquisito. Praxi enim inveteratâ receptum, ut testes cum inquisito confrontetur, & in præsencia ejus repeatant & confirmant prius a se dicta *Clarus* §. fin. q. 45. num. 14. *Farinac.* lib. 3. quest. 72. num. 139. *Carpzov.* d. q. 114. num. 75.

94. Et hæc confrontatio tunc adhiberi solet, quando depositio testium contraria est confessioni rei, in examine factæ, ut inquisitus eo melius convincatur, ex visu, trepidatione, a. q; gestibus, & ad confitendum crimen inducatur *Clarus* d. l. Et ego quidem suadeo inquit *Ambrosinus* lib. 2. cap. 9. num. 6. ut quando testes habere potes, illos semper confrontare cures, quia reum magis urget. juxta l. si postulaverit 27. §. questioni 7. ff. de *Adult.* *Charitar.* in *Pract. interrog.* reorum l. 3. c. 1. n. 83. Præsentibus enim testibus reus vix poterit diffiteri veritatem, nam ubi testes singulas delictorum circumstantias commoraverint, fieri non potest, quin titubet reus, nec possit commendas adducere responsu-

sponsiones. *Chartar. d.c. 1. num. 89.* Quāvis itaq; semper ita necessaria non sit, ut processum omissione ejus vitiet, juxta *Clarum d.l.* utilis tamen valdē est ad confundendum reum.

Imò interdum etiam necessaria est 95.
in nonnullis casibus v. g. 1. quando depositio testis certa esse nequit, nisi mediante inspectione ipsius inquisiti v. g. si testis dicat se non cognoscere reum de nomine, sed tantum de visu, vel quando ipsum tantum describit per signa, quo causa ob timorem subornationis Itali non inquisitum solum, sed cum ipso alios duos, & quidem eos, quantum fieri potest, vestitus, facie & statura similes, repræsentare testi solent, & quaerere quem horum videtur in platea &c. ut videri est ex *Claro d. 9. 45. n. 14. in fine. Ambros. d.c.g. n. 28. 2.*
Necessaria est, quando socii sunt criminis.

3. Necessaria etiam est confrontatio, quando testes ipsi inter se contrarii sunt, de quo *Clarus d.l. Ambrosinus d.c.g. num. 23.*

In aliis vero casibus quando testis, 97.
vel super ipso delicto vel super indicis ac circumstantiis, contra inquisitum depositit, quamvis non semper absolute necessaria, maxime tamen utilis est confrontatio,

tatio, quæ ita facienda, ut prælegatur
testi ejus de positio, postea interrogandus,
an ea adhuc pro veris habeat, quo affir-
mante, interrogandus est reus quid con-
tra testem excipiat, tum testis replicare
debet, inquisitus duplicare & sic deinceps.
Postea alius testis cum eo confrontandus
sive committendus.

93. Notandum tamen, confrontationem
non debere fieri initio processus ad nudam
alicujus facinorosi nominationem, qua in
parte sæpius errare judices queritur *Carp.
zov. d. 114. n. 78.* Sed ea facienda est,
post rei testimoniq; examen, atq; adeò, si ita
instituatur, nullum est periculum, quasi
judex injuriam inferat, quin si omittat
confrontationem, eaq; non parum con-
ductura videbatur ad eliciendam verita-
tem, non semel judicibus responsum me-
mini, debere antequam ad ulteriora pro-
grediantur, reum cum testibus confron-
tari.

99. Singuli autem testes confrontandi
sunt cum inquisito, non plures simul *Char-
tar. d. præf. lib. 3. cap. 1. n. 95.* & *Ambroſi-
dict. lib. 2. cap. 10. num. 15.*

100. Interdum tamen judici à confron-
tatione ob disparitatem personarum ab-
ſtineendum est, v. g. si filius contra pa-
rent

CAPUT VIII.

14

trem examinatus sit in casibus permissis,
vel servus contra dominum, vel vilis per-
sona contra nobilem ac in dignitate con-
stitutum, vel timidus ac pauper contra
potentem. Quia difficulter ejusmodi per-
sonæ contra prædictos in eorum faciem
sua dicta confirmare audebunt, quo ca-
su omnino à confrontatione abstinendū.

Chartar. lib. 3. cap. 1. num. 97. & Ambros.
d. c. 10. num. 16. & seqq.

Demum ad convincendum etiam re- 105
um facit, si ei offerantur instrumenta,
vel literæ, & interrogetur an literas has
reconoscat pro suis, monstrata initio
tantum subscriptione; quod si scriptas es-
se sua manu negaverit, jubendus est ver-
ba nonnulla à judice dictanda scribere,
ut ex formatione literarum convinci que-
at juxta Pract. Ambrosini l. 2. cap. 10.

CAPITIS OCTAVI

membrum III.

De Rei defensione.

SUMMARIA.

1. An rei defensio audienda sit? A. n. 1.
2. An defensio hæc à Principe tolli possit? N.
num. 2.

N.

3. An

3. An à statuto? N. n. 3.
4. An à consuetudine? N. n. 4.
5. Anne hoc pugnet cum natura processus sum-
marii? N. n. 5.
6. An etiam defensio rei audienda in delicto
notorio? A. n. 6. & seq.
7. An in delicto atrocissimo? A. n. 8.
8. An in delicto confessò? A. n. 9.
9. An cognati inquisitum defendere volentes
audiendi? A. n. 10.
10. An ipse judex ex officio defensionem rei
querere teneatur? A. n. 11.
11. Quo tempore id fieri debeat? R. num.
12. & seq.
12. An omissione defensionis rei processum red-
dat nullum? A. n. 14.
13. An ante litis contestationem reus debeat
audiri cum sua defensione? N. n. 15.
14. An reus possit renunciare sue defensioni?
A. num. 16.
15. An reus qui nihil deduxit, sed iterum
petit ad defensionem novam se admitti,
sit audiendus? A. num. 17.
16. Quæ sit forma defensionis? R. n. 18.
17. Copia processus cuius sumtibus sit danda?
R. num. 19.
18. Spacium temporis ad defensionem reo eti-
am effundendum. n. 20.

19. An reo etiam concedenda copia consulendi Advocatum? A. n. 21.
20. quomodo judici consulendum, ne processus ita nimis prolixus fiat? R. num. 22. & seqq.
21. An possit Advocatus dari ex numero Scabinorum? A. n. 23. & seq.
22. Quiles Advocati concedendi? R. n. 25.
23. An judex Advocatum jure jurando adstringere possit? A. n. 26.
24. An judex possit mandare, ut reus semper in praesentia Scabini cum Advocato loquatur? A. n. 27.
25. An judex possit facere potestatem Advocato perlegendi acta & utilia excerpandi? A. n. 28.
26. An inquisito etiam non petenti danda copia processus? A. n. 29. & seq.
27. An reus teneatur exprimere qualitatem defensionis? Dist: n. 31. & seq.
28. quid agendum inquisito innocentiam suam deducturo? R. n. 33.
29. Quid agendum judici? R. n. 34.
30. An judex testes domesticos à reo producetos admittere teneatur? A. n. 35. & s.
31. Quotuplex sit inquisiti intentio? R. num. 37.
32. An judex inquisiti advocato injungere

possit, ut sub pœnam brevissimis innocentiam rei deducat? A. n. 38.

33. Quid agendum si reus contrarietatis testes insimulet? R. n. 39.

34. Quid si personas testimoniū reprobet? R. num. 40.

35. Cujus sumtibus hac disputatio fiat? R. num. 41.

36. Quomodo judex in defensionem rei etiam non petentis inquirere debeat? R. num. 42.

37. An in Electoratu nostro reo petenti ordinarius processus concedendus? A. n. 43.
Et limitatur num. seq.

I. **P**eracto examine testimoniū, non prout nus ad fidiculas properandum, multo minus sententia condemnatoria praecipitanda est Zang. cap. 3. de tort. num. 4^{ta}. Sed legitima inquisitio requirit, ut de innocentia rei queratur, Reus etiam cum defensione sua audiatur, ejusq; probatio & deductio legitima admittatur. Non enim solum probationes contra reum, sed & argumenta defensionis, quæ per se favorabilis est, accurate & diligenter consideranda sunt, ut monet Clarissim. Carpz. in Pract. Crim. quest. II^o. in princ.

2. Atq; hæc reorum defensio adeò pri-
vilegia

vilegiata est, ut ne à Principe quidem summo tolli possit *Clerus* §. fin. quest. 49. num. 14. ubi omnes Doctores hoc tenere asserit *Farinac.* lib. 1. quest. 39. num. 18. cuius ratio in *Clem. Pastoralis propefinem* X. de Sentent. & Rejudic. ibi: quæ (defensio) provenit à jure naturali, & cum illæ que juris naturalis sint, Imperatori tollere non licuerit. Etsi Princeps mandaret reum torqueri indefensum, non debet iudex tali mandato fulminatorio obedire ut ex *Ursillo* refert & sequitur *Farinac.* dl.

Neq; ergo à statuto tolli potest: nam si Princeps de plenitudine potestatis non potest hanc defensionem adimere inquisito, ut Dd. tradunt magno numero allegati à *Farinac.* d. l. num. 18. multò minus per statutum id fieri potest, ut concludit post alios *Farin. d. quest. 39. n. 25.* & *Flammin. Chartar. lib. 4. de arte interrogand. reorum. cap. I. num. 166.* *Nevizanus*, cons. 60. num. 2.

Et multò minus à consuetudine talis defensio tolli potest, ut concludit *Farinac. d. concl. 39. num. 29.* Mirari ergo satis non possum hanc materiam raro in iudiciis criminalibus occurrere & judices vix rescriptis Principum eō adduci interdum posse, ut ad defensionem suam regim-

admittant, cum tamen sponte id facere, imò defensionem rei supplere ipsi teneantur, ut postea videbimus. Sed enim sumtuum nonnulli majorem rationem habent, quam sanguinis humani, pretiosissimo Sangvine Dei redempti. Nec se ignorantia juris excusare possunt, cum nec in foro soli excuset, & cum affectare aliquis non debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem vel ignorantiam suam alii periculosam futuram *l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.* nec tuebuntur se consuetudine, quia scire debent, consuetudinem istam, qua reo defensionis deductio saltem summaria præciditur, esse irrationalē, & nulla consuetudine, imo ne quidem lēge Imperatoris dengari posse inquisito defensionem.

5. At enim inquiunt, in processu summarie versamur, ubi non opus est ad defensionem admittere reum. Sed audiat *Farinaccium d. quest. 39. num 30.* ubi multis relatis authoritatibus confirmat, etiam inprocessu inquisitionis, qui summarius est, reo non esse denegandam defensionem, & aliter dicere, esset contra naturalem æquitatem. *Bossius in tit. de indic. & confid. ante torturam. num. 75. Farin. d. l.* Cum enim in processu inquisitorio,

nec interrogatoria inquisiti, nec reprobatio admittatur, utiq; ne omnis facultas innocentiam probandi reo ademta sit, remedium defensionis legitimè deducendæ ac probandæ ipsi concedendum erit, sunt verba *Carpz. d. q. 115. n. 1.* 6.

Sed inquiunt, interdum versamus in delicto notorio ac manifesto, ubi absurdum esset reum ad defensionem admittere, cum nulla ipsis competit. Sed respondeo, quod etiam in notoriis crimibus defensionem reo non denegandam esse, tradat ex communi Doctorum sententiâ *Clarus s. fin. quest. 9. num. 7.* Et Dd. uno ore hanc hypothesin statuant, si diabolus coram humano judicio conveniretur, ne illi quidem defensionem denegandam esse, ut post alios etiam ipse celeberrimus *Carpzov. loquitur d. q. 115. num. 2.* Imo ut ponam vel concedam, cum *Farinacio*, In abstracto & in thesi, ubi notorium est crimen & certum est nullam competere reo defensionem, vel per calumniam eam peti, posse negari reo defensionem. At quando certum sit, reo non competere defensionem, item quando defensio dicatur per calumniam peti, hoc opus, hic labor est. Et recte existimat *Farin. d. l. extra pau-*

CAPUT VII.

cos casus ab ipso exceptos, de quibus ipse tamen dubitat, & ego cum illo, non datur casus alios, in quibus dici possit nullam reo competere defensionem. Aliter enim esset in potestate judicis demere reo defensiones, & deinde dicere, hoc feci, quia per calumniam defensio petebatur, vel quia sciebam, nullam defensionem reo competere. Quod non est permittendum.

7. Et sane ut concedam defensionem non dandam, quando per calumniam ea petitur, cur non consulunt peritiores hanc de re, ut tranquillam habeant conscientiam? Multa enim sunt argumenta, quibus quis defensionem suam, si non in totum, in tantum tamen probare potest, quae intelligere & dijudicare non est capitulus cuiusvis; Non abs re igitur in concreto dicunt. *Wesemb. in w. in tit. de Accusat. num. 12. vers. item quod reo defensio &c. & Dom. Carpz. d. quest. 115. n. 40* audiendum esse reum se ad defensionem offerentem, etiamsi appareat judicis ciliquet, qui errare facile potest, justam defensionis causam nullam subesse.

8. Sed alio occurunt interdum iudices argumento: Versamur inquit in delicto atrocissimo v. g. venenig.

ficii, magiae, & quod occultari solet maxime, ubi non videtur reus ad defensionem admittendus. Sed cum nullibi in jure habeatur, in atrocissimis delictis reum ad defensionem non esse admittendum, & contraria sententia quod admittendus sit, communiter recepta sit, teste Farinac. d. q. 39. num. 41 & 43. ubi judices contrarium facientes male facere ait, merito nec nos ullam in atrocissimis criminibus exceptionem agnoscimus, nec si inquisitus malae famae sit. Farinac. d. qu. 39. num. 47.

Imo si etiam reum habeamus confessum, nec huic denegandam defensionem sed eum admittendum esse, indubitanter statuo cum Claro quest. 49. n. 13 & Carpzov. dl. n. 30. Multa enim etiam contra confessionem excipi jure possunt, quid enim si confessio esset extrajudicialis? quid si esset facta coram judice incompetente? Quid si fuisset extorta spe immunitatis? Quid si confessio esset ex errore facta, & errorem hunc reus probare vellet? Quid si de corpore delicti non constet? Quid si confessio non pura & absoluta, sed qualificata & conditionalis? Quid si reus neget confessionem ita factam, ut Actuarius literis eam consignavit?

vit? Quid si confessionem revocare & contrarium vellet probare? Quis his & similibus casibus eum ad defensionem non admittendum esse diceret? de quibus pluribus agit *Clarus* §. fin. q. 55. per totam & *Domin. Carpzov.* d. quest. 115. num. 30. & seqq.

Io. Et non tantum reus; Sed & cognati ejus ad defensionem ipsius admittendi sunt, ut probat *Carpzov.* d. quest. 115. n. 6, 7. & seqq. quia si publicè omnium interest innocentiam defendi, *l. Servum* 33. §. 2. ff. de procurat. quanto magis id interest cognatorum? qui liti alterius nomine se offerre possunt *l. i. §. ult. ff. de postul.* *l. Sed & ha personæ* 35. princ. ff. de procurat. probatur item hoc per art. 47. *Constit. Crimin. ibi:* Die Zeugen / so der Gefangene oder seine Freunde deßhalb stellen wolten & paulo post: solche obgemeldte Kundschaffte Stellung auch den Gefangenen / oder seinen Freunden zc. Tertium etiam, cuius non interest ad probationem innocentiae admittendum esse, ex aliis tradit *Menoch. lib. 5. præsume.* 48. n. 2.

II. Imo si neq; inquisitus, neq; cognati ipsius ad defensionem innocentiae se offrant, judex ipse ex officio defensiones rei querere, easq; supplere debet, quamvis hoc

hoc non petat inquisitus *l si non defendantur* 19. ff. de pœnis. ubi expresse ICtus requirit, ut ipse judex qui cognoscit, de innocentia rei seu inquisiti quærat, etiam si à nemine defendatur. *Wesemb. in tit. de Accus.* n. 12. vers. quin etiam si reus. Boer. decis. 165. num. 1. ubi judicem ex officio de innocentia rei etiam non allegata inquirere debere ait. *Menoch. lib. 5. præsumt.* 48. num. 3. Zang. d. c. 3. de tort. num. 41. Carpzov. d. quest. 115. num. 13. referens Dominos Scabinos Lipsenses, ubi ex actis aliquo modo colligere potuerunt innocentiam rei, exactiorum ejusdem deductio- nem ac probationem judici injunxisse, & certis interrogatoriis præscriptis testes de- nudo examinari jussisse. Et sæpe etiam id in nostra Facultate factum scio, ut licet probata fuerint indicia, & quærentes pu- taverint torturæ subjiciendum reum, non tamen statim tortura fuerit decreta, sed super certis articulis & circumstantiis pro reo facientibus ulterior investigatio visa fuerit necessaria. Neq; ita judices pro- cessum præter rem prolixum fieti conque- ri potuerunt, nam si ipsi defensionem rei (ut debent) suscepissent, facultas non o- pus habuisset ea interlocutoria, sed ad ul- teriora, & forte etiam ad definitivam.

progreedi potuisset. Imo judex debet ex officio inquisitum interrogare, qua ratione innocentiam suam docere possit? ut infra videbimus in forma deducenda definitionis.

12. Sed quæritur, quando judex de innocentia rei quærere possit & debeat? Et quamvis id fieri possit quocunq; tempore & in quacunq; parte judicii l. unius 18. §. cognitum 9. ff. de quest. etiam post conclusionem d. §. cognitum. Farinac. d. q. 39. n. 82. imò & sententiam latam, si antea id non factum, vel minus legitimè per l. i. §. si quis ultro 27. ff. d. quest. Farinac. d. q. 39. num. 83. Menoch. d. presumt. 48. num. 5. Nevizanus d. conf. 60. n. 1. Nihilominus tamen propriè & ratione ordinis processus id necessarium est, ut possimum fiat postquam testes contra reum examinati sunt Clarus quest. 49. n. 8: ubi copiam processus dandam esse dicit, postquam testes repetiti sunt. Intelligit autem per repetitionem testium illud examen, quod ad probandum delictum instituitur, & quidem hæc de rei innocentia inquisitio institui debet regulariter, antequam torturæ subjiciatur reus, per l. desertorem 3. §. si ad diem 7. ff. de Remil. ubi dicitur quod miles non possit ut des

sector

fector condemnari, imo nequidem torqueri, non prius auditis ejus defensionibus. Et idem probatur ex d. l. unius cogniturum ff. de quest. si cum præcedentibus §§. conferatur. Sed omnium maximè hoc probatur per artic. 47. Constit. Crimin. & primò quidem per Rnbriam Ausführung der Unschuld vor der peinlichen Frage zu vermahnen und weiter Handlung darauff. deinde ex §. So in der jetztgemelden ibi: So in der jetztgemelten Erfahrung des Beklagten Unschuld nicht funden wird so sol er als denn NB. auf vorgemeldte Erfindung &c. peinlich befraget werden. NB. Non esse reum tortuendum prius, quam innocentiae inquisitio præcesserit. Et ita etiam statunt Boss. in Practic. crimin. tit. de ind. & consid. ante torturam. num. 74. Ant. Gom. lib. 3. resol. cap. 13. num. 21. Farinac. lib. 1. quest. 38. num. 3. & quest. 39. n. 1, & seqq. Est enim tortura res gravissimi præjudicii, ut notum, ideoq; ea præcipitanda non est.

Si autem judex adeo præpostere cogerit, & torturam inflixerit, antequam in rei innocentiam inquisiverit, non tamen debet properare ad sententiam, sed ad

adhuc quærere de innocentia rei tenetur.
Farinac. d. q. 39. num. 32,

14. Inquit si inquisitus ante torturam pe-
tiisset se admitti ad defensionem, & ni-
hilominus fuisset subjectus torturæ, to-
tus processus redditur nullus, & tortura
illa nullius est effectus, nec confessio per
eiusmodi torturam elicita reo præjudicat.
per Clement. Pastoralis de sent. & re judic.
in fine. Farinac. d. quest. 39. num. 34.

15. Sed si inquisitus, antequam ad in-
terrogatoria respondeat, sive litem con-
testetur, petat se ad defensionem admit-
ti, non esse eum audiendum supra dixi-
mus, membro præcedenti. Nam per li-
tis contestationem ipsi nullum creatur-
præjudicium, ut quidem sit per tortu-
ram.

16. Sed an reus potest renunciare de
fensioni suæ? Affirmo si ideo renunciet,
quia se solum fatetur, & dicit sibi con-
stare, quod nullam habeat defensionem
secundum Dd. allegatos à. Farin. d. q. 39.
n. 55. licet n. seq. cum Angelo in l. sed
et si quis. §. questum ff. si quis caution. &
Claro §. fin. quest. 49. num. 16. aliisq; sva-
deat judicibus, ut caveant ne inducant
inquisitum ad renunciandum, ne suppli-
cia Divina super se & posteros suos con-
vertan

vertant, si iniquè fecerint. Quamvis autem inquisitus renunciaverit defensioni, ac termino ad defensionem sibi assignato, si tamen pœnitentiâ ducatur, non prohibetur (non obstante illa renunciatione) se defendere, & hoc nemine contradicente placuisse refert Farin. d. q. 39. num. 57.

Sed quæritur, si inquisitus iam antea 17. ad deductionem innocentiae admissus nil probaverit, & denuò se offerat ad probandam innocentiam, an audiri debeat? Et rectè id affirmat Carpz. d. q. 115. n. 35. & seq. & quest. 116. num. 67. modò inquisitus novam causam, vel fundatum novum, quod speciem aliquam veritatis, vel probabilitatis habeat, alleget. Nam eo casu non tantum secundâ, sed & tertiatâ vel quarta vice admittendus esset, cum non de tritico legato, nec de glande legenda hîc agatur, sed de vita hominis.

Sed propositi nostri ratio nos monet, ut ad formam defensionis deducendæ accedamus. Forma ea in eo potissimum consistit, ut inquisito detur copia processus, nomina testium Farinac. d. l. num. 85. & in primis attestata, ut possit se defendere, & suas exceptiones proponere

ponere contra personas vel dicta testimoniis.

Clarus §. fin. quest. 49. num. 2. Benedict.

Carpzow. d. quest. 115. num. 99. & qui pro-

lixe Dd. alios laudat **F**arinac. d. quest. 39.

num. 2. etiam si summariè & ex officio

procedatur. **F**arinac. d. quest. 39. num. 71.

19. Et quidem copia danda est sumti-
bus potentis, vel amicorum, vel cuius-
cunq;, qui se ad defensionem rei offert.
Regulariter enim quicquid à judice expe-
diendum, id fit sumtibus potentis, nisi se
inquisitus sit pauper & egenus: Tunc enim
judex copias indiciorum & attestatorum
inquisito communicare, & totum proces-
sum defensionis rei formare debet sum-
tibus ex publico erogatis, ut hoc expres-
sè constituitur in art. 47. in fine Ord. Cri-
min. ibi: Wo aber der Verklagte oder sei-
ne Freundschaft / solchen obgedachten Kos-
tten Armuth halber nicht ertragen oder er-
leiden möchte / damit dann nichts desto min-
der das Übel gestrafft / oder der Unschul-
dige wider Rechte nicht überellet werde / so
sol die Obrigkeit oder das Gericht die Kos-
tten darlegen / und der Richter im Rech-
ten verfahren. Quæ quidem verba de pro-
cessu ordinario, quando accusator inter-
venit loquuntur, ratio tamen allegata e-
tiam ad processum inquisitionis pertinet;

non

non enim minus in processu inquisitionis, quam ordinario cavendum est, ne innocentia maneat indefensa ob inquisiti paupertatem. Imo major hic militat ratio. Nam si ubi accusator intervenit, judex ex publico debet ferre impensas, multo magis hoc facere debet, quando ipse ex officio ad tuendam suam jurisdictionem procedit. Et ita de processu inquisitionis hunc §. intelligit ipse *Carpzov. d. sa-*
pius quest. 115. num. 20.

Una cum Copia attestatorum, eriam spatum legitimum ad se defendendum reo est dandum. *Farinac. d. quest. 39.*
num. 3. & interim judex ad ulteriora progredi non debet. *Farinas. dl. num. 7.* quod spatum, quia in jure nullibi est definitum, merito est arbitrarium, ut sit vel duarum Septimanarum, vel mensis, prout rei magnitudo, vel testium absentia id requirit, modò non studiò arctetus inquisitus. Judex enim non debet ipsius defensionem impedire, sed potius adjuvare eandem, bene perpendens illam Christi sententiam, quæ mensura mensi fueritis, eadem mensura Judex districtus remetetur vobis, quæ in hac materia allegatur *inc. qualiter & quando 17. X. de As-*
cusat. ubi Gratianus monet inquisitionis

CAPUT VIII.

processum non ex odii somite, sed ex caritatis debere proficiisci affectu. Sanè si notoria videantur delicta, spatium paucorum dierum sufficit, quod Italij solemnitas est.

31. Dato spatio ad se defendendum, danda inquisito copia alloquendi advocates & amicos. Nam data defensione, data etiam videntur ea, sine quibus defensio peragi nequit. Argum. l. 20 ff. de juris dict. facit l. unius 18. §. cognitum 9. ff. de questionibus & Constat. Crimin. Carol. V. art. 88. in pr. ibi: Klägern und Antwortern sol jedem Theile auf sein Gegebren ein Fürsprecher aus dem Gerichte erlaubet werden. Farinac. d. quest. 39. n. 19. & seq. Domin. Carpz. d. quest. 115. n. 88 & seq.

32. Sed cum metuendum, ne aliqui Advocati, interdum inquisitum ad negandum instruant, vel protelationibus inutilibus judicem morentur, & ejus jurisdictionem eludent, lites procrastinent, in deductione innocentiae farraginem allegatorum hinc inde colligant, & sua marupia farciant, post alios Domin. Carpz. viii in alleg. quest. 115. num. 93. Ideo videndum, quomodo huic occurri possit malo, ne scilicet judices ab inquisitione deter-

deterreantur, nec tamen innocentia maneat indefensa.

Remedia autem possunt esse hæc 23.
ut non detur reo Advocatus alius, nisi ex
medio Adfessorum, ut aliquis ex Scabi-
nis jubeatur surgere, & inquisitum quan-
tum de jure licet, defendere. Id jubet
Imp. Car. Quint. d. art. 88. in princ. ibi:
**Sol ein Fürsprach auf dem Gericht erlaube
werden / dieselben sollen bey ihren Eyden die
Gerechtigkeit und Wahrheit auch die Ord-
nung dieser unser Sakung fordern un durch
keinerley Gefährlichkeit mit Wissen und Willen
verhindern oder verfehren / das sol ihue
also durch den Richter bey ihren Pflichten
befohlen werden ic.**

Et quamvis nonnulli objicere pos- 24.
sent, hunc articulum desuetudine esse ab-
rogatum, neq; id hodie observari; sci-
ant tamen isti, legem non usu non abo-
lieti, alias innumerabiles leges in Digesto
enfortiato, que forte nunquam aut raro
sunt observatae, tollerentur, quia non con-
tigerunt tales casus, aut ejus legis bene-
ficium non fuit petitum. *Angel. Aretinus
in proem. Inst. S. igitur num. 2. E 4. Sichar-
dus ad l. 5. C. de jurisdict. num. 3. Carpzou.
lib. 2. responsorum tit. 2. resp. 33. num. 10.*

Deinde si omnino esset aliquis ex- 25.
tra

tra Scabinorum numerum dandus Advo-
catus, dandus non est, quem inquisitns e-
legerit, sed eligendus est qui est religio-
fior, & prudentior, ac probitate magis
conspicuus, ut vult *Carpz. d. quest. 115.*
num. 93.

26. Tertio aliud consilium fuggerit ipse
Imp. Car. Quinta in d. art. 88. ut si pa-
tronus extra numerum adfessorum peta-
tur, hunc judex pius jurejurando adstrin-
gat, ut quod justum erit, & quantum de
controversi facti veritate constabit, & ju-
ris scientia poterit, ante omnia secundum
præscriptum Criminalis Cōstitutionis Car-
rolinæ reum defendat, neq; dolo malo
malitiave sciens volens jus calumnietur,
personas criminetur, hocq; pacto quo mi-
nus recte de delicto statuatur, impedit,
animosq; judicum pervertat, & in trans-
versum qvovis colore rapiat. *Remus in d.*
art. 88.

27. Quartum consilium suggerunt ICti,
ut sc. judex faciat quidem reo potestatem
alloquendi patronum & amicos, sed sem-
per in præsentia judicis vel Notarii, vel
alterius Adfessoris *Ambros. in tract. sape al-*
leg. lib. 3. c. 1. num. 22. Id quod præsertim
in his easibus propè necessarium est. *Si*
versemur in delictis atrocissimis Fari-
nae.

nac. d. quest. 39. num. 14. 2. si inquisitus sit potens opibus & amicis. Farin. d. l. vel si ob aliam causam metuat judex, ne testes subornentur falsi, vel aliae suspicioneis urgeant. Farinac. d. quest. 39. num. 68. & num. 113. Præter hos etiam casus alias hoc utile esse putaverim.

Facit etiam hoc ad præscindendam 28. prolixitatem, ut judex in judicii loco posse sit Advocato dare originalia & injungere, quo in loco judicii perlegat, & perlustrat, quæ necessaria fore putaverit, decerpit & consignet brevibus, idq; velle videtur Farinac d. quest. 39. num 115. & saluberrime hoc in Electoratu Saxoniæ in juris necessitatem tractum esse refert. Domn. Carpzov. d. quest. 115. num. 101.

Sed ardua quæstio est, anne etiam 29. inquisito non petenti danda sit copia indiciorum & attestatorum, vel an etiam reo non petenti offerri debeat copia, ita ut eam habere possit? Et communis, aquior, ac verior sententia est, omnino offerri debere etiam non petenti, non tantum ante condemnationem, quod concedit Clarus S. fin. quest. 49. num. 4. Sed etiam ante torturam, quod affirmamus cum Farinac. d. quest. 39. num. 91. Gailio

lib. 2. de P. P. cap. 7. num. 8. in fine. Zangero cap. 3. tract. de quæst. num. 4. & seqq. Ambros. d. lib. 3. c. 1. n. 5. idq; probant Doctores per l. si non defendantur 19. ff. de pænis, & aliæs condemnarentur multoties absolvendi. Et sicut judex diligens est ex officio faciendo ea omnia quæ profisco faciunt contra inquisitum, cur non etiam ex officio diligens esse debet ac solicitus in concedendo defensiones inquisito contra fiscum? Cum aliæ favorabiliores sint partes rei quam actoris. Eaq; sententia probatur etiam ex art. 47. **Constit. crimin.** ubi dicitur, judicem ex officio querere debere, num & qua ratione de sua innocentia docere possit reus, num quid se eo tempore, ipso die, hora, quibus Crimen esse admissum dicitur, cum aliis in loco non suspecto fuisse &c. possit probare, quo ipso sane, ni fallor, judex inquisito offert communicationem indicorum & circumstantiarum.

30. Neq; distinguimus, utrum reus peritiam juris habeat annon, Zangerus d. c. 3. num. 7. & seqq. Præsertim cum experientia doceat, eos qui aliquo modo juris sunt periti, quando ipsi sunt in carcere, in facto magis sœpe errare, quam alios. Farinae. d. quæst. 32. num. 96. Quamvis distin-

distinctioni illi largiri hoc possim, facilis
mereri excusationem judicem, quando peritiori rerum forensium non petenti
copias, non offert, quam si id negligat
in rustico & idiota incarcerato, quo sensu
non admodum improbare illam.
Marsili ac Folli ii distinctiones relatim à Farinac. d. l. num. 92.

Sed quæritur, si inquisitus petat communicationem attestatorum, & judex quidem non deneget, sed requirat ut inquisitus prius explicet qualitatem defensionis, quâ se defendere velit, an hoc causa teneatur inquisitus exprimere qualitatem defensionis v.g. Ante teneatur exprimere, se probaturum, testes esse pecunia corruptos, vel probaturum se fuisse provocatum, vel examen testimoniū laborare nullitate & similia. Et ad hoc tenori inquisitum videtur negare *Clarus d. quest. 49. num. 5. & præcipue Farinac. d. quest. num. 79.* Cujus hæ sunt rationes, mettere enim potest reus, ne defensio explicata supprimatur. Non enim omnium judicum æqualis est integritas, nec potest reus deliberare, quam habere velit defensionem, nisi perlustratis attestatis contra se receptis, & priusquam locutus fuerit cum suo Advocato, & posset fieri

ut inquisitus non relevantem proponeret defensionem, & posset tamen in actis defensionem relevantem & idoneam repetire. Et sane nollem judici autor esse propter has aliasq; rationes, ut reum nolentem defensionem suam exprimere, antequam attestata communicentur, statim ad torturam rapiat.

Sed post cummunicata attestata & acta, omnino reus exprimere tenetur defensionem suam, ut super ea, an relevet, an non, deliberare possit iudex, juxta art. 151. Ordinat. criminalis.

Quando igitur inquisitus petiit, ut ad defensionem admittatur, iudex data vel ad legendum communicata ipsi copia actorum, ut supra dictum, spatium temporis certum assignabit, intra quod innocentiam suam deducere reus debebit, quo temporis spatio inquisitus, vel articulos defensionales exhibebit, super quibus testes, vel antea productos, vel alios examinare petet: vel etiam absq; productione testium argumenta defensionis suæ vel in jure consistunt, vel ex actis inquisitionalibus ipsis eluent, vel instrumentis probari possunt, pro informacione judicis in scriptis offeret, & innocentiam suam deducet, ita tamen ne limites inqui-

inquisitorii & summarii processus excedantur, & ut ambages evitentur, nec inquisitorius processus in ordinarium commutetur, idq; non tantum in Saxonico foro, de quo testatur *Carpz. d. quest. 115. num. 69.* Sed et in foro, ubi jus civile militat, satis frequentatū est, ut experientia testatur.

Quamvis ex *Constit. Crimin. art. 151.* 34.
& seq. hic etiam processus observandus sit, ut si inquisitus eas adferat causas, quæ à poena ordinaria ipsum liberare possint, si probentur, judex reum interroget, an possit exceptionem suam probare, quod si se facturum promittat, exceptionis seu defensionis suæ capita, & quæ alias pro sua defensione allegare potest, ab actuario consignari curet. Habito igitur prudentum sive Jctorum aut Scabinorum consilio, si defensionis capita pro idoneis & concludentibus habeantur, reum ad probationem eorum judex admittet. Si verò capita illa defensionis, licet facta reo probandi facultate non relevantia visa sint, probandorum eorundem copia (quia frustra susciperetur negotium) reo deneganda d. art. 151. & seq. & ibi Remus: ex quo apparet, articulos defensionales sive capita defensionis à judice reprobari regu-

regulariter non posse, nisi habito prudenter consilio.

35. Sed quid si inquisitus producat testes domesticos, vel testem unicum, quae situr anne judex tales examinare teneatur? Videtur quod non, quia supervacancem ad sacramentum & testimonium adigerentur, quorum dicta nullam factura esse fidem, in ipso examinis exorsu parlam fit, ut loquitur *Wesemb. in v. tit. de testibus num. 3.* Sed judex, qualescunq; testes producat inquisitus, eos examinare debet. Et illorum, ad quos acta inquisitorialia transmittuntur, judicio committat, quantum fidei illorum testimoniū dictis adhibenda sit. Nam cum defensio rei summē privilegiata sit, ideo receptum est in criminalibus, ut ad defendendum reum etiam testis uicinus produci queat, & huic cōteris paribus fides habeatur *Farinac. quest. 63. num. 42.* ubi plures citat. *Carpz. d. quest. 115. num. 75. 15 seq.*

36. Receptum etiam est, consanguineos & domesticos hic testes admittendos esse (cōteris paribus) *Farin. quest. 54. n. 33. Mast. l. i. concl. 68. num. 3. 8. & 9. & concl. 408. num. 25. & concl. 412. num. 7.* Quanta autem fides, testibus consanguineis,

ANC

aut domesticis habenda sit, id erit Docto-
rum juris vel Scabinorum judicium, atq;
arbitrium.

Intentio autem inquisiti duplex est, 37.
vel enim vult probare, se planè esse ab-
solvendum, adeoq; se nocentem esse ne-
gat, vel se nocentem quidem vel solum
esse faretur, verum poenam vult minuen-
dam esse, ut quod irâ fecerit, vel provo-
catus, vel non spôntē ac animo delibe-
rato, sed ex lascivia &c. vel quod ex vulne-
re non decellerit, sed ex malo regimine
vel alia ex Causa, & similia, de quibus
agit Dom. Carpz. d. quest. 115. a. num. 41.
usq; ad num. 66. De quibus pluribus agere
nolumus, cum intentio nostra sit, judi-
cena tantum informare, quomodo ille
processum instituere debeat.

Cum autem inquisiti suam innocentiam defendere soleant, tam καὶ αὐτενασ-
τῶς id est: suam innocentiam argumen-
tis nonnullis adstruendo, quam αἰανε-
ναστῶς id est: argumenta quibus impug-
natur refutando, dum scilicet impugnant
vel personas testium, vel eorum dicta
quod fortè sint contraria &c. ideo non
opus est, ut judex prolixè cum iis dispu-
tet, neq; concedendum est advocatis, ut
multis informationibus atq; allegatis ju-
ris,

juris, acta cumulent, sed injungendum est, ut sub poena brevissimis defensionem deducant.

39. Quod si etiam contrarietas attestatorum allegetur, poterit judex testes de novo citare & jubere, ut ipsi sua dicta interpretentur, vel poterit testes ipsos inter se confrontare, cum etiam judex publicato processu defensionis nihilominus testes etiam contra inquisitum producere possit juxta Clarum s. f. quæst. 61. n. 3. & possit iterum testimoniū examinare, ut declareret dictum suum obscurum. Clarus d. quæst. 61. num. 5.

40. Si contra personas testium falso quid opponat inquisitus, judex poterit brevissimis falsitatem detegere, sed omnia sine prolixitate, ita tamen, ut omnia quæ falso allegantur à reo, brevissimis diluantur.

41. Et quamvis hæc sine sumtibus fieri non possint, judex tamen de his conquerri non habet opus, cum quicquid inquisitus producit ac allegat, sumtibus ipsius fiat, ut supra dictum est de copia attestatorum, & probatur ex art. 153. Conclit. crimin.

42. Hæc de eo casu quando ipse inquisitus petit, se admitti ad defensionem. Sed

Sed si inquisitus non petat se admitti, si forte sit homo rusticus & pauper; à judece quærēdus esse reus, qua ratione de innocentia sua judicem docere possit. Imptimis, nunquid se eo tempore, ipso die, hora, quibus crimen admissum fertur, cum aliis personis alibi fuisse ostendere possit &c. ut habetur in art. 47. *Constit. crimiz.* ut etiam supra obiter diximus.

In Recessu Electoris Brandenb: Jo-
achim. Friderici laudatis, memoriae de
anno 1602. art. 20. specialiter de proces-
su inquisitorio constitutum, inquisitum.
processum ordinantium petere posse. Ver-
ba sunt hæc: Und euff das unsre Unter-
thanen / desto mehr auch im Wercke zu spü-
ten / daß wir niemands zur Ungebühr mit
Straffest zu belegen gemeinet / als haben
wir gnädigst bewilliget / im Fall jemandes /
wes Standes oder Würden er wäre / wel-
cher als straffbar angegeben / sich bedürfen
liesse / daß ihme durch des Fiscallsumma-
rische inquisition zu viel geschehe / und sich
auff dieselbe mit uns der Straffen halben
nie abfinden würde / sondern seine Unschuld
auszuführen vermeinte / und lieber einen
ordentlichen Proces begehrte / daß alsdenn
eine unparteiliche causa cognitio angestel-
let werde / der Gestalt / daß der Fiscallis sc-
ri

ne Klage gerichtlich anbringen / darauf der
Beklagte gehöret / Beweis und Gegen-Beweis
geführt / oder nothdürftige Ertüm-
nung aufgenommen / und endlich darauf
rechtlische Erklärung ergeben und erfolgen
sollen. Id quod etiam in Recessu de an-
no 1611. repetitum.

44. Sed quod de processu ordinario in
dictis Recessibus dictum, non puto obtine-
re in Crimine Robbaria vel rapinæ ac la-
trocino. Nam ea de re Sereniss: Elector
Brand. cum Ducibus Pomeraniæ & Me-
galopolit. in supra allegata conventione
ita sanxit: So sol auch mit dem proces-
summarie hindurch gängen / und alle Weit-
läufigkeit vermieden und abgeschnitten wer-
den. Inmassen denn die alberti ins Reich
publicirte constitutionen, dahin auch aus-
drücklich anweisen / der tägliche Gebrauch
und observantz des ganzen Reichs dassel-
be auch nicht minder bestätiger. Id quod
postea repetitur in §. Ebenmässiger Be-
fehlich / sc. Ibi: summarische Processe sc.
Nec puto obtinere , superius allegatum
privilegium eo casu, quando inferiores ju-
dices procedunt per inquisitionem , nisi
Princeps ex certa scientia & causa id ju-
beat.

CAPL.

CAPITIS OCTAVI

Membrum IV.

De Transmissione actorum inquisitionalium ad Collegium juridicum.

SUMMARIA.

1. *Quid tractata delicti probatione & rei defensione querendum?* R. n. 1.
2. *An non judex transmitere teneatur acta ad Jureconsultos?* A. num. 2.
3. *Id quod probatur ex Ordin. Carol. n. 3.*
4. *Ex jure divino num. 4.*
5. *Ex constitutione Ele&t. Brandeb. num. 5.*
6. *Officium Notarii quodnam sit ante transmissionem?* R. n. 6.
7. *Officium judicis acta transmissuri num. 7. & 8.*

Peracta jam delicti probatione, & auditia rei defensione, jam quæri solet & debet, an delictum sufficienter probatum, ut condemnari reus possit, vel an in dieiis ita gravatus ut torturæ subjiciendus sit, vel an absolvendus sit, & an res innocentiam suam satis deduxerit.

P

Sed

2. Sed cum hæc altioris indaginis sint,
ideoq; super his punctis debent acta ad
Collegium Juridicum i. e. Facultatem ju-
ridicam, vel Scabinatum, vel etiam supe-
riorem transmitti.

8. Idq; Imperator Car. Quint. Augustiss.
in Constit. Crimin. multis in locis inculta-
vit ut art. 7. Ibi: So sollen sie deshalb
Rath bey der Obrigkeit / so der Ende ohne
Mittel die peinliche Obrigkeit hat / oder sonst
an Enden und Orten ic. idem artic. 91. G
artic. 147. ibi: und in solchen urtheilen die
Urtheiler bey den Rechis Verständigen ic.
item art. 151. ibi: mit gehabtem Rath der
Rechis Verständigen ic. art. 160. ibi: Und
dieweil solche Ermäßigung in rechis verständi-
ger Leute Bernunft sthet / so wollen wir/
dass in solchem jezegemeldien fall so oft sich
der also begiebet die Richter bey den R. Rechis
Verständigen ic. art. 161. ibi: Gebrauchuz
der Rechis Verständigen art. 219. ibi: Wo
aber die Obrigkeit ex officio und von Ampts
wegen wider einen Mishändler mit peinli-
cher Anklag oder Handlung versöhne / so
sollen die Richter wo ihnen Zweifel zu siele
ben den negsten hohen Schulen/ Städten/
Communen oder an den Rechis Verständi-
gen / da sie die Unterricht mit wenigsten
Kosten

Rosken zuerlangen vermeinen. Rath zu suchen / schuldig seyn. & ibi additur ratio. Als auch zu diesen arossen Sachen grosser Fleis qthorer ic. alia ratio exprimitur, in art. 105. Quia omnium delictorum poenæ nominatim expressæ non sunt. Fieri enim non potuit, ut singulorum malificariorum species singulæ recitarentur, & adnotatis poenis declararentur. Alia ratio habetur art. 146. ibi: Welche zu Seiten gar subtil Unterscheid haben so dem gemeinen Manne so an Gerichten sise / nicht gnug verständig oder begreifflich können gemacht werden.

Atq; hæc quæ de consulendis per- 4.
toribus dicta sunt, etiam in Verbo DEI
fundamentum habere videntur. Si oe-
culta erit (inquit Moses Deut. cap. 17o)
res tibi in judicio , inter cædem & cædem,
inter litem & litem , aut inter plagam &
plagam, è rebus controversis inter portas
tuas ; tunc surgens adscendes ad locum,
quem elegerit Jehova Deus tuus : Et
adibis Sacerdotes Leviticos , vel ad sum-
num judicem , qui erit diebus illis, ut
consulas eos, & indicent tibi statum illi-
us judicii. Alias causas transmissionis
vide sis apud Dom. Carpz. p. 3. queſt. 116.
num. II. Œſeq.

- 5.) In Nostro Electoratu Brandenburg.
acta ad Facultatem Academiæ hujus vel
ad Dom. Scabinos Brandenburg. transmis-
tuntur, qua de re extat *Constit. Elect. in*
Recessu de anno 1611. tit. II. his verbis: und
als auss sonderbarer unsere gnädigste Ver-
ordnung auch numehr in peinlichen Sachen
bey unser Juristen-Facultet zu Fraunschurt
an der Oder eben so wol / als von dem
Schöppen-Stuhl zu Brandenburg geur-
theilet und gesprochen werden sol / so hat
sich ein jeder in zueragenden Fällen biszger
an denselben beyden Oertern / denn in an-
dern ausländischen Schöppen-Stühlen in
allen und jeden peinlichen Sachen der recht-
lichen Belehrung und Urtheil hinsüro in-
erholen. sc.
6. Ut verò acta integra Collegio juris
peritorum transmittantur, Actuarii offi-
cium erit, ea fide atq; diligentia, qua se
jurejurando judici adstrinxit, eoq; ordi-
ne quo singula gesta sunt, distinctè, &
sigillatim consignare, ut etiam supra-
dictum. Consignabit enim, qua occasi-
one ad judicem devenerit diffamatio, quid
testes, pro informatione curiæ recepti de-
posuerint, & quo die, quibus scabinis præ-
sentibus, quomodo reus fuerit incarcera-
tus. Examen item rei atq; omnia acti-
tata

tata summa fide & diligentia conscribet Actuarius, etiam ea quæ ad defensionem rei spectant, nisi velit pro perjuro haberi & impio. Cuivis actui annum, diem, horam, qui præsentes adfuerint, adscribet, nomen suum addet, nihil arcani foris effutiat &c. quæ omnia ab ipso requirit *Imp. Carol. V. art. 181. & seqq.* quos supra allegavimus membro secundo hujus capitinis num. 70. Et hos articulos scilicet 181 & sequentes Actuarii, quando præsertim in gravissimis hisce negotiis versantur, sæpe perlegere debent.

Transmissio autem facienda est celierrimè, ne captivi diuturniore carcere divexentur, aut etiam justæ condemnationi eximantur *arg. l. de his s. C. de Custod. reorum. Carpzov. d. quest. 116. n. 29.*

Transmissurus autem judex acta criminalia ad Collegium Juris peritorum, ante omnia acta adhuc cum Notario perlegere debet, ut si aliqua circumstantia sit nondum pervestigata, vel depositio aliquius testis obscura, ut id ante transmissionem emendetur, & ita exactis Juris periti plenam informationem sumere possint, idq; velle videtur ipse *Imp. art. 7. P. N. Q. ibi infine: Alter Umbrian.*

de und Gelegenheit ihres Verfahrens des Verdachtes eigentlich in Schriften berichten.

CAPITIS OCTAVI.

Membrum V.

De Tortura executione.

S U M M A R I A.

1. *Inquisitus non confessus delictum, penè tam
men convictus, torquendus est num. 1.*
2. *Sed tortura est remedium subsidiarium
num. 2. & seqq.*
3. *Judex non nisi examine accurato præmisso
debet querere de tortura n. 5.*
4. *Ante omnia verò debet constare de corpo-
re delicti. num. 6.*
5. *Et rei defensiones debent audiri. num. 7.*
6. *In quibus delictis tortura locum habeat?
R. num. 8.*
7. *Quæ personæ propter dignitatem torque-
ri non possint? R. n. 9.*
8. *Quæ personæ ob corporis imbecillitatem
torqueri non possint? R. n. 10. & seqq.*
9. *An matres infantem lactantes torquenda?
A. num. 14.*
10. *Judex conditionem personarum inquire-
& ab his inferere debet. num. 15.*

II. 244

11. Quænam personæ non torqueantur ob defectum judicii? R. num. 16.
12. An sententia interlocutoria opus sit? A. num. 17.
13. An in hac ratione decisionis exprimendæ? A. num. 18.
14. An ante torturam sine tormentis examinandus & monendus reus? A. n. 19. & seqq.
15. An reus possit appellare à tali sententia? A. num. 21.
16. An appellationi illi deferendum? D. num. 22.
17. An judex ipse præsens tempore torture esse debeat? A. num. 23.
18. Quod sint gradus torture? R. num. 24. & seqq.
19. Quænam sint tormentorum genera?. R. num. 27. & seq.
20. Quo tempore tortura executioni danda? R. num. 29. & seqq.
21. Si plures sint torquendi à quo initium sit faciendum? R. num. 31
22. Quomodo super ipso delicto reus in tormentis interrogandus? R. num. 32.
23. An super ipsis circumstantiis? A. n. 33. & seqq.
24. An inter ipsos dolores hæc examinatio facienda? N. n. 41.

25. An verba omnia conscribenda. A. n. 42.
26. An inquisitus delictum unum confessus super aliis delictis interrogari possit? D. num. 43.
27. An super sociis? D. n. 44.
28. Si tortus negligat torturam, an intendi tortura possit? A. num. 45.
29. Quamdiu inquisitus in tormentis detinendus? R. num. 46.
30. Quæ sit causa obstinationis sagarum? R. num. 47.
31. Quomodo illi obviandum? R. num. 48. & seqq.
32. Si inquisitus circumstantias expresserit, an super iis investigatio instituenda? A. num. 50.
33. Quid si verò circumstantiae reperiantur falsæ? R. num. 51.
34. An confessio inquisita sit post torturam ratificanda? A. num. 52. & seqq.
35. Quæ sint requisita istius ratificationis? R. n. 54. & seqq.
36. Quo tempore sit instituenda ratificatio? R. num. 56.
37. An etiam post territionem necessaria sit ista ratificatio? A. num. 60.
38. Quid faciendum si reus confessionem suam revocet? R. n. 61. & seqq.

39. An

39. *An ad tertiam torturam judex pervenire possit?* A. num. 64.
40. *Quomodo tortura repetenda?* R. n. 65.
41. *An reus absolvendus, si tertio revocet confessionem?* R. num. 66.
42. *Quid si inter ipsos dolores confessionem revocet?* R. num. 67.
43. *An ob nova indicia repetitio tortura institui possit?* A. num. 68.

Plerumq; transmissis actis à Collegio i. Jurisperitorum responderi solet, inquisitum negantem nec plenè convictum torturæ subjiciendum esse. Hic ergò de tortura aliquid seu quæstionibus dicendum, non quidem ex professō, & quænam indicia ad torturam sint sufficientia &c. hæc enim dijudicanda sunt à Collegio Jurisperitorum, non à judice, in nostro Imperio Romano; Cum ergò, ut sæpius diximus, judicem tantùm informemus, quomodo ille processum inquisitionis ritè formare beat, ideo de executione torturæ tantùm hic agemus. De indiciis ad torturam sufficientibus videri poterunt Farinac. lib. 1. operum criminal. q. 36. quæst. 37. quæst. 42. & multis seqq. Dom. Carpz. quæst. 120. & aliquot seqq. Zangerus de quæst. & tort. cap. 2. Et sanè nul-

CAPUT VIII.

Iam graviorem puto esse deliberationem
in Collegiis juridicis, quam ubi de tor-
tura infligenda agitur.

2. Præsuppono autem, torturam esse
subsidiarium tatum remedium, inquiren-
dæ veritatis. Nam regulariter ad tortu-
ram devenir non debet, nisi in subsidium
ultimum, quando sc. aliae probationes
haberi non possunt, & ita omnes Doctor-
res concludere testatur *Clarus quest. 64.*
num. 5. per textum expressum in l. Divus
Pius 9. princip. ff. de quest. quem textum
*generaliter omnes Dd. ita intelligunt pro-
bati à Farinac. lib. I. quest. 38. num. 4. &*
ita statuit etiam Ambrosinus d. tract. libo-
4. cap. I. num. 8.

3. Accedit ratio, quia quæstioni non
semper fides, nec tamen nunquam ha-
benda. Etenim res est fragilis & peri-
culosa, & quæ veritatem fallat. Nam
pleriq; patientia sive duritia tormento-
rum ita tormenta contemnunt, ut expri-
mi eis veritas nullo modo possit; alii
ranta sunt impatientia, ut quodvis men-
tiri, quam pati tormenta velint, ita fit
ut etiam vario modo fateantur, ut non
tantum se, sed etiam alios commimentur,
sunt verba *Jcti in l. I. §. questioni 23. ff.*
d. quest.

Sand

Sanè quæstio est rès dira corpori-
busq; hominum admodum noxia , &
quandoq; lethalis , nihilq; tam crudelē
& inhāmanum , quam hominem ad ima-
ginem Dei conditum tormentis lacerare,
& quasi excarnificare. *Zang. d. tract. c. i.
num. 1. & Dom. Carpz. quæst. II7. num. 3.*
Exempla passim extant multorum , qui,
quæ nunquam commiserunt , fassi sunt.
& immerito sunt affecti supplicio.

Hæc eò dicuntur , ut judex non sta-
tim festinet trāsmittere acta ad Coll'egi-
um , & quærere an torquendus sit reus.
Sed judex eò omnibus viribus niti debet,
ut reus delicti aliter argumentis convin-
ci possit vel ad confessionem adigi. Hic
nullis sumptibus , nullis laboribus parcat.
Et existimo sanè multis exprimi confessi-
onem sine tortura posse , si debito modo
examinarentur , & omnia iudicia ipsis re-
præsentarentur , & illi quasi in rem præ-
sentem ducerentur , atq; ita argumentis
convincerentur. Si aliter fiat , sèpius e-
tiam facinorosi , meritis subducuntur pœ-
nis , si forte indicia non sint ad torturam
sufficientia , vel inquisitus per tormenta
patienter tolerata indicia , quibus grava-
tus erat , purgabit , qui tamen sine tormen-
tis convinci potuisset.

6. Ex præcedentibus autem apparet, torturæ neminem subjiciendum esse, nisi de corpore delicti constet. *per l. i. §. item illud 24. ff. ad SCtum Syllan. Farinac. q. 38. num. 2.* Ideoq; judex consulturus peritores, prius de corpore delicti legitimè inquiret, ut supra dictum.
7. Repetendum etiam illud, auditis demum defensionibus rei ipsum torturæ subjiciendum esse, ut diximus membro tertio. *Farinac. d. quæst. 38. num. 3. Ambros. lib. 4. cap. 1. num. 1.* imo si decreto facto super tortura, & tormentis applicatus inquisitus, diceret se velle suam innocentiam probare, cum audiendum putarem, si aliquid relevans allegaret, cum *Ambros. d. l. 4. cap. 1. num. 29.*
8. Obiter & illud monendus est judex, non nisi in iis delictis locum habere torturam posse, quorum pœna est ultimum supplicium, vel pœna corporis afflictiva. *Farinac. d. qu. 38. num. 6. & prolixè q. 42. Carpz. quæst. 119.* Hoc quidem principaliiter ad curam Collegiorum pertinet, sed ideo hoc nosse debebit judex, ut qualitatem criminis bene in actis deducat, quo Jurisperiti seire possint, quænam pœna delicto isti competit, atq; adeo an tortura locum habeat. v. g. in stupro fideliter &

& conditio stupratoris, & stupratæ ponantur an soluti sint, an v. conjugati, an fæmina alias honestæ fuerit famæ, cuius ætatis &c. & sic in aliis.

Non omnes etiam personæ torque- 9.
ri possunt, idèò personarum qualitas be-
nè exprimenda in actis, ut scire possint
jurisperiti, an huic personæ conveniant
quæstiones. Nam quidam prohibentur
propter dignitatem, ut Milites, Decuri-
ones, Nobiles, Doctores, &c similes per
l. milit. 8. & l. decuriones 16. C. de quest. l. 8.
& 10. C. de dign. de quibus agunt Farin.
9. 41. Carpz q. 118. n. 65. & seqq. ubi quod
de milite in l. 8. C. de quest. dicitur, ad
officiales restringit, & milites gregarios
torquéri posse tradit cum Zang. c. i. de
quest. n. 58. Ideoq; jūdex dignitatem per-
sonæ inquisiti, an miles sit &c, diligenter
in actis explicabit.

Secunda causa quæ liberat à quæsti- 10.
one, vel absolute, vel ad tempus tantum
suspendit, est corporis debilitas arg. leg. 7.
ff. de quest. Matth. Steph. ad art. 59. Ordin.
Crimin. Carpzov. quest. 118. num. 46. &
seqq. Quo pertinent Senes, ætate decre-
piti, arg. legis 3. §. ignoscitur 7. ff. ad Sil-
an. Senatuscons. Farinacius d. quest. 41.
num. 24

ii. Vulneratus etiam, licet torqueri possit, ita tamen torquendus est, ne damnum corpori inferatur per art. 59. ibi: So der Beklagte gesährliche Wunden oder andere Schäden an seinem Leibe hätte / so soll die peinliche Frage dermassen gegen ihuen vor genommen werden / damit er an solchen Wunden oder Schäden am wenigsten ver lezet werde.

32. Et ex eadem causâ imbecillitatis corporis, nō est torquenda fœmina prægnans. per l. 3. ff. de pænis, tum ne fœtui, tum ne ipsius prægnantis vitæ noceatur Carpz. d. qu. 118. num. 53. Ex quo cunq; co itu, licet legibus damnatus sit, fœmina conceperit. Cum calamitas matris fœtui nocere non debeat. ita tradunt Farinac. qu. 41. num. 82. Carpz. d. quest. 118. num. 54. nec interest vicina ne sit partui an non, quia nec primis mensibus propter spem futuræ animæ mulier tormentis subjicienda est, Farinac. d. quest. 41. num. 83. modo aliter de utero constet, quam ex allegatione mulierculæ Carpz. d. l. num. 63.

33. Eadem ratio debilitatis corporis etiam prohibet, quo minus puerpera intra 40. dies (in ihren 6. Wochen) torqueri possit Clarus S. f. qu. 64. num. 23. Farin. d. quest.

d. quæst. 41. num. 79. Carpz. d. quæst. 118.
num. 57.

Favor infantis fecit etiam, ut & iis 14.
matribus, quæ partum lactant, tortura
alicubi remittatur *Farinac. d. l. num. 80.*
& *Carpzow. num. 60.* Ubi notat in Scabi-
natu Lipsensi, non obstante favore pueri
lactandi, matri torturam indictam fuisse,
ita tamen ne infanti quoad nutrimen-
tum noceatur, dimit dem *Kinde an Jeso-*
her Nahrung kein Abbruch geschehe. Et
ita scio etiam in Facultate Juridica hujus
Academie, pronunciatum fuisse ab An-
tecessoribus.

Ob has igitur causas judex religio- 15.
sus & diligens, quotiens persona inqui-
sita est fœmina, toties in conditionem ejus
inquirere debet, an gravida, an infan-
tem lactandum habeat &c. Imo si fœ-
minæ tortura Consilio peritorum decre-
ta, & postea appareat, ipsam esse gravi-
dam, torturam tamen in tempus commo-
dum differre judicem oportebit.

Tertia causa eximens aliquem à quæ- 16.
stionibus est Defectus Judicii, qui depre-
henditur in impuberibus, ideoq; hi tor-
queri non possunt *per l. de minore 19. princ.*
ff. de quæst. & l. 1. §. impuberi 33. ff. ad
Sæm Silax. Idem de Melancholicis intel-
ligent.

ligendum, per tradita Carpz. d. q. 118. n. 18.
 & de furdis ac mutis naturâ, arg. l. discre-
 tis 10. C. qui testam facere. non solum,
 quia plerumq; fatui, sed etiam, quia re-
 gulariter nulla ab iis exprimi confessio
 certa potest, Zanger. de quest. cap. 1. n. 44.
Carpzov. d. quest. 118. num. 21. **Farinac.**
 d. quest. 41. num. 89.

17. Quod si igitur persona talis sit, quæ
 torturæ subjici possit, indicia etiam talia,
 quæ ad quæstionem sufficiunt, adfint.,
 per artic. 20. & seqq. **Constit. Criminalis**,
 nec ea indicia sint per Inquisitum diluta
 ac refutata, v. g. per contrarias præsum-
 tiones, art. 28. vel defensiones aut excep-
 tiones, art. 29. & artic. 37. dictæ **Consti-**
tutionis Crimin. Sed indicia adhuc gra-
 vent Inquisitum, tunc requiritur senten-
 tia interlocutoria, quâ Inquisitus quæsti-
 oni subjiciendus esse dicitur, **Farin. q. 38.**
 num. 7.

18. Et quamvis aliâs in sententiis expri-
 mi non soleant rationes Decisionis, com-
 muniter tamen placuit, in hac sententia
 interlocutoria caussas Torturæ, seu omnia
 indicia, & omnes præsumtiones, quibus
 movetur Judex ad infligendam reo tortu-
 ram, exprimendas esse, **Farinac. d. qu. 38.**
 num. 8. Et quamvis in sententiis his à
 Colle-

Collegiis Juridicis ratio exprimi raro so-
leat, puto tamen melius eas exprimi; ut
apparet, ex quibus caussis Collegium
ad torturam infligendam fuerit permo-
tum.

Antequam vero torturæ executio 19.
instituatur, Judex adhuc interrogationi-
bus & monitionibns, ad dicendam veri-
tatem, de omnibus sigillatim in Proces-
su apparentibus, & de quibus sunt indi-
cia, Inquisitum impellat *Foller. in praet.*
Crim. parte secunda partis secundæ tit. Rei
indurati torquentur. num. 1. Flamin. Char-
tar. lib. 4. cap. 1, dicti Tractatus num. 58.
Sed non amplius circuitu aliquo, nec ita
longius repetita percontatione, priora se-
quentibus applicando, prout in Examine
primo dictum est, sed statim de eo, quod
in Judicium venit, & de quo est inquisi-
tus, debet interrogari. Et ubi Reus ad-
huc persistenter in sua pertinacia, sunt ei-
dem repetenda omnia indicia, de quibus
antea dispersè & diffuse dictum fuerat.
Elegantur autem hec loco, quæ erant gra-
vissima & unum quodq; quam brevissimè
similiter transeatur, ut Reus ad veritatem
dicendam ante Torturam, quæ subsidia-
ria esse debet, impellatur, ut Practicam

hanc præscribit *Flamm. Chartar. d. cap. I.
num. 58.*

20. Postea hortabitur Judex Inquisitum
semel atq; iterum, ad dicendam Verita-
tem, ipsi quasi ante oculos collocando,
quodstantibus tot tamq; urgentibus indi-
ciis, negandi locus ipsi relictus non sit,
& quod, si adhuc in obstinatione perse-
veraverit, ad Quæstionem contra ipsum
se processurum, quæ quidem comminatio
Decreto Torturæ præmitti solet, *Flamm.
Chartar. d. l. num. 60. Ambrosin. lib. 4. c. I.
num. 22. & seq.* Hacq; de re extat Con-
stitutio criminalis Caroli V. artic. 46.
Wenn man den Gefangenen peinlich fra-
gen wi von Amps wegen / oder auf Anzu-
führung des Klägers / sol zuvor denselben in ge-
genwärtigkeit des Richters / zweier des Ge-
richts und des Gerichtsschreibere fleissiglich
Zurede geschehen mit Worten / die nach Ge-
legenheit der Personen und Sachen zu we-
iter Erfahrung der Ubelthat oder Argwoh-
nigkeit aber best dienen mögen / er auch mit
Belehrung der Mæreer besprach werden /
ob er der beschuldigten Misserhat bekant-
lich sey oder nicht / und was ihm solcher
Misserhat halber bewußt sey? Und was er
alsdenn bekennen oder läwanet / sol anssa-
chlichen werden. Si igitur confiteatur deli-

delictum, cessabit Tortura, quæ ideo à Collegiis Jurisperitorum conditionaliter decernitur. Si nolit fateri, sententia de torquendo Reo publicatur.

Sed quid si Reus à sententia hac appetet? Appellare eum posse, si se gravatum existimet, apparet ex l. 2. ff. de Appellat. recip. Ant. Gometz tom. 3. resol. cap. 13. num. 23. Clarus d. quest. 64. num. 27. Chartarius d. cap. 1. num. 70. Et Farinac. d. q. 38. num. 10. Sed quia ita processus inquisitorius redditur difficilis, ideo quidam Judices hanc obseruant cautelam, quod non interponant palam Decretum de torquendo, ne detur occasio appellandi, sed dueto Reo ad locum Torturæ statim cum incepit ligari, solent interponere Decretum de torquendo, & statim torquere, ut ex Mamonata refert Clarus d. num. 27. Et Flamm. Chartar d. c. 1. num. 69. Et Ambrosin. lib. 4. cap. 1. num. 25. Et seq. Sed parum tuta est haec cautela. Nam non apparet ratio, cur non hoc casu etiam Inquisitus à torturæ Decreto appellare possit, & eam cautelam vellicat Farinac. d. quest. 38. num. 7.

Malo cum Earinacio distinguere, utrum Appellatio evidenter sit frivola, an non? ut illo casu Judex non teneatur,

CAPUT VIII.

immò & non debeat deferre Appellatio-
ni, per d. l. 2. ff. de *Appellat.* receip. ibi:
si contraleges hoc faciat: Ex quibus verbis
Farinac. d. l. num. 25. rectè infert à con-
trario consensu, si juxta leges hoc fiat,
non debet deferri Appellationi. Tunc
autem calumniosa dicenda est Appella-
tio, quando in processu apparent legit-
ima indicia ad Torturam, & hæc per de-
fensionem non sunt à reo elisa & purga-
ta. Hoc verò casu, & quando in dubio
versatur Judex, omninò appellationi de-
ferre debet, *Martinus Delrio lib. 5. disqui-*
sitionum magicarum sect. 9. pag. 103. Sva-
dendum igitur Judici; ut si Reus à Tor-
turæ decreto appellaret, injungat ipsi,
quò gravamen in continent, vele ipso
die exprimat, ejusq; gravaminis caussam
legitimam.

23. Quando autem sententia executioni
danda, Judex ipse debet adesse Torturæ,
ut judicem instruunt *Menoch. l. 2. cas. 340.*
num. fin. vers. in dubio. Farinac. *quest. 37.*
num. 145. Ambrosin. d. Tract. lib. 4. cap. 14.
num. 9. & *Carpzov. quest. 124. num. 22.*
Nam si posito reo in tortura Judex abeat,
fortè ad capiendum cibum, vel, quod
pejus est, ad ludendum, reumq; relinquat
vel solum vel manibus custodum, ut plu-
rimum

rimum crudelium & indiscretorum, tortusq; deficiens in tormentis moriatur; Judex pœnâ extraordinariâ, quod Torturæ præsens non fuerit, multabitur, *Farinac. d.l.* Et sanè Judex abiens, & furori carnificum reum permittens, Dei iratas manus non effugiet. Damnatio enim absq; misericordia erit ei, qui non præstiterit misericordiam, *Jacobi cap. 2.*

Sunt autem gradus Torturæ, secundum communem Doctorum sententiam quinq;, quos recenset *Farinac. quest. 37. num. 40.* Primus gradus est Territio realis. Nam territio duplex est: alia verbalis, quando reo præsentatur carnifex cum Torturæ instrumentis, ita tamen ut Carnifex reum apprehendere non debeat. Wenn ihm der Scharfrichter vorgestellt wird / mit den peinlichen Instrumenten / doch daß er ihn nicht angreissen darf; altera realis, quando reus spoliatur, ligatur, & funi applicatur. Secundus gradus est, quando reus elevatur, & modico tempore detinetur. Tertius, quando diutiùs detinetur, sine tamen quassatione. Quartus, quando adduntur quassationes. Quintus, quando adduntur compedes ferrei vel aliquod simile pondus.

25. Carpzovius *quest. 117. num. 59.* dicit
tres esse gradus in foro Saxonico: Pri-
mus est, quando inquisiti manus retrò fu-
nibus arctissimè constringuntur, quem gra-
dum à territione reali manifestè diversum
esse constat, in quâ non constringuntur
manus, sed tantum paululum ligantur.
Alter gradus est, quando rei scalæ subji-
ciuntur, & violentâ quadam expansione
omnium membrorum articuli quasi dila-
cerantur. Tertius est, quando severio-
ra adduntur remedia, ut ignis & similia.
Sed hac in parte stylus cuiusvis Judicij
est attendendus.

26. In Facultate nostra observavi tria
formularum genera usurpari. Interdum
enim modicam Torturam indicere sole-
mus, *Das der Gefangene mässiger weise*
durch den Anst-Wann anzugreissen. Vel
simpliciter dicimus, ipsum esse subjicien-
dum tormentis, *Das der Gefangene ver-*
mittelt der Peinlichkeit zu befragen: Vel ter-
tio acriorem Torturam definimus, qui vi-
detur esse gradus supremus, *Das der Ge-*
fangne mit stenlicher Schärff anzugreissen/
2c. Nee hæc habere opus puto declaratio-
ne; cum periti Carnifices & cordati, di-
stinctionem & differentiam herum ver-
borum facile scire possint.

Quod

Quod ad tormenti genera attinet, ad 27.
 monendus *Judex* est, ne insolitis & incon-
 suetis utatur modis tormentorum, *Ambro-
 sian. lib. 4. cap. 1. num. 3.* & 5. Nam qui
 contrà faciunt, potius Carnificibus, quām
Judicibus comparandi, *Clarus d. quest.
 64. num. 36.* *Farinac. quest. 38. num. 55.*
 & seqq.

Varia autem reperiuntur tormento- 28.
 rum genera, ut tormentum funis, tor-
 mentum ignis, tormentum vigiliæ, tor-
 mentum taxillorum, tormentum sibillo-
 rum, ferularum &c. Quorum hoc ulti-
 mum adhiberi etiamnum posset, quoti-
 es persona inquisita ob ætatem nondum
 torqueri posset, *Ambrosian. d. lib. 4. cap.
 13.* Sanè tormentum vigiliæ omnium
 tutissimum judicare, si solum in-
 vigilia consistat, nec alia tormenta (v. g.
capra) addantur. Nam tormento vigi-
 liæ utuntur Itali, quoad mulieres honesti-
 ores, moniales & similes, *Martin. Delrio
 disquis. magicar. sect. 9. pag. 104.* idq; de-
 scribit *Flaminio. Chartar. dicto lib. 4. cap.
 2. num. 7.*

Ad tempus quod attinet, non debet 29.
Judex torturam exequi die feriato, &
 cultui divino consecrato, nisi sint insignes
 latrones, quorum poenam accelerari Rei-

publicæ expedit, *l. pen. C. de feriis.* Quamvis rectius faciat Judex, si etiam latronum tormenta in diem non feriatum differat, *Carpzov. quæst. 124. num. 4.* quod de brevioribus feriis intelligendum. Nam in feriis, quæ diurniores sunt, in atrocioribus delictis facinorosi etiam torqueri possunt v. g. tempore Quadragesimæ, *d. l. pen. C. de Feriis.*

30. Hac etiam moderatione Judicem-
uti debere, tralatitium est, ut judex non
statim à cibo sumto quæstionem institu-
at, sed ut minimum quinq; vel sex horis
abstineat à quæstione, ne scilicet stomachus
damnum aliquod patiatur, *Farinae.*
d. quæst. 38. num. 32. Martin. Delrio d. l.
pag. 103. Ideò solent noctu quæstiones
institui. Sed commodissimum tempus
est matutinum, ut recte judicat *Carpz.*
d. quæst. 124. num. 8.

31. Si verò plures sint ejusdem criminis
conscii & complices, tunc videndum,
quis inter eos sit maximè suspectus, & ab
hoc initium faciendum, *per l. i. §. 2. ff.*
de questionib. Si æquè suspecti, tunc ab
illo initium faciendum, qui timidior vi-
detur, vel teneræ magis sit ætatis, adeo
ut spes sit, facilius ab isto, quam ab al-
tero extorqueri veritatem posse, *l. 180*
prise.

princ. ff. de quæst. Zanger. d. trietat. de
quæst. cap. 4. num. 26. Clar. §. final. q. 64.
num. 29. Hinc placuit, si inquisiti duo
sint disparis sexus, à fæmina inchoan-
dum esse, Zanger. d. l. num. 27. Carpz.
quæst. 124. num. 16. Et si inquisiti sint
Pater & filius: filium prius quæstioni
subjiciendum esse, Zang. d. l. n. 28. Carp-
zov. d. quæst. num. 18. Quæ quamvis in
ipsis sententiis à Collegiis exprimi sole-
ant, quia tamen interdum omittuntur,
ideoq; hæc nosse judicem expedit.

Dum autem Inquisitus in tormentis 32.
pendet, debet judex eum interrogare
de ipso delicto, & quidem articulate,
Carpz. d. quæst. 124. num. 31. Articuli ve-
rò debent esse multò pauciores, quām
qui in primo examine fuerunt propositi.
Hic enim non opus est, ut per ambages
procedat judex, sed ad ipsam rem statim
accedat, & super ipso delicto statim quæ-
ret, an hoc fecerit. Sed debet à sugge-
stionibus diligentissimè abstinere, tan-
quam à peste. Nam si hæc in primo
examine vitanda est, quanto magis in
hoc pericolosissimo Examine, Chartar.
d. lib. 4. cap. 1. num. 94. Ambrosin. lib. 4.
cap. 2. num. 1. v. g. Non debet interro-
gare, an Titium occiderit die 4. Julii ho-

rā illa, & quidem gladio Sempronii. Sed, an occiderit Titum? quo die? qua hora? quo instrumento? sed ita, ut tantum circumstantiae necessariae inquirantur.

33. Nam licet Inquisitus fateatur delictum, judicis officium est, ut super circumstantiis necessariis eum etiam interroget, juxta artic. 48. constitut. criminal. ibi: So der gefragte der angezogenen Witsch hat durch die Marter als vorsteher / bekenntlich ist / und sein Bekanntnis auffgeschrieben wird / so sollen ihn die Verhöre seiner Bekanntschaft halber / gar unterschiedlich / wie zum Theil hernach berühret wird / sc. fleissig fragen.

34. Et hoc exemplis aliquot declarat Imperator d. artic. 48. & seqq. v.g. Si quis homicidium confessus est, debet interrogari, Aus was Ursachen er das gehan / auff welchem Tage und Stunde / auch an welchem Ende? Ob ihm jemand / und wer ihm darzu geholffen / auch wo er den Todten htnbegraben oder gehan / mit was Waffen oder Word beschehen sey / wie und was er dem Todten für Schläg oder Wunden gegeben oder gehawen / oder sonst dem umbbracht habe? Was er / der Ermordete / bey ihm gehabt von Gelde / oder andern / und was er ihm genommen / wo er auch

er auch solche Odahm hinaehan / verkausst/
vergeben / ohn worden / oder verborgen ha-
be? Und solche Fraen ziehen sich auch in
vielen Stücken auff Räuber und Diebe.

Sic si quis proditionem sit confessus, hic debet interrogari juxta art. 35.
Wer ihn dazu besteckt / und was er darum
entfangen / auch wo / wie / und wenn sol-
ches geschehen schy / und was ihn dazu ver-
ursachet habe?

Sic in art. 36. Si quis beneficium, confessus sit, ulterius debet interrogari,
Was ihn dazu beweget / auch womit und
wie er die Vergieffung gebracht / oder zu
gebrauchen vorgehabe / und wo er solche
Giefft bekommen / und wer ihm darzu ge-
holffen oder gerathen habe?

Sic si quis Incendium confessus sit, 37.
interrogandus est: Auf was Ursachen er
solches gehan? Zu welcher Zeit? Wer
ihm dazu geholffen? Mit was Feuerwerk
er den Brand gehan? Von wem / wie o-
der wo er solch Feuerwerk oder den Zeug
darzu zuweaen bracht habe? juxta art. 31.

Item si quis magicam artem sit con- 38.
fessus, debet interrogari juxta artic. 32.
Wie er dazu kommen? Womit / wie und
wenn die Zauberer geschehn mit was Wor-
ten oder Wirkungen? Item si confiteatur,

sc.

se aliquid defodisse in terra, debet interrogari: Wo sie solches vergraben oder verwahret? Atq; eae res debent investigari. Item von wem sie solche Zaubererij gelernt? Ob sie auch solche Zaubererij gegen mehr Personen gebranckt / und gegen wem? Was Schadens auch damit geschehen sey?

39. In summa, concludit Imp. in art. 53. Es sollen solche Warzuchen und Umbstände von demjenigen / der eine Misschthat bekandi hat / gefraget werden / die kein Unschuldiger wissen oder sagen kan.

40. Sed hanc inquisitionem circumstan-
tiarum multi negligunt, idq; procul du-
bio cum multorum injuriâ & suarum ani-
marum damno. Nam nisi haec investiga-
tio in examine hoc rigoroso instituatur,
facile innocens pro nocente condemnari
potest. Et facit etiam haec interroga-
tio ad id, ut Jurisperiti scire possint, quam
pœnam debeant dictitare. Nam certum
est in multis delictis caussam minuere pœ-
nam, immò sœpè pœnam tollere: circum-
stantiae etiam sœpè aggravant delictum,
ut in furto; Sœpè etiam minuunt pœ-
nam.

41. Sed haec omnia remissa aliquantulum
torturâ. Nam quando inter ejulatus &
suspiria tortus clamitat, se velle fateri ve-
rita-

ritatem, aliquantulum remittenda est tortura. Nam verosimile non est, in ipsis cruciatibus constitutum veritatem posse eloqui, aut perpetrata cum circumstantiis in memoriam posse revocare: Sed iis demum, quæ remissa tortura eonsitebitur, fides habenda est *Carpz. quest. 124. n. 27.*
& seq. per artic. 58. Constit. Crimin. ibi:
Und sol die Sage des Gefangenen nicht angenommen oder auffgeschrieben werden so er in der Marter thut: Sondern er sol seine Sage ihun/ so er von der Marter gelassen ist.

Omnis autem responsiones & omnia *42e* verba, quæ ille pendens protulerit, immo & lamenta diligenter prescribenda,
Chartar. d. lib. 4. cap. 1. num. 82. Ambro-
sin. d. lib. 4. cap. 2. num. 3.

Sed queritur, an Inquisitus, qui delictum aliquod confessus est, etiam de aliis delictis mediante torturâ interrogari possit sine novis indiciis? Et quidem indubitatum esse opinor super delictis diversi generis cum interrogari non debere, immo nec super delictis ejusdem generis, v. g. furtum confessus non debet interrogari, annè etiam plura fecerit farta, idq; de jure civili certum esse fatentur Doctores omnes allegati & probati

à Farinacio quest. 37. num. 169. Sed de consuetudine Italiæ multi contraria dicunt. Verum consuetudo illa est contraria juri, quamvis autem Domn. Carpz. quest. 119. num. 68. videatur affirmare quæstionem nostram; verè tamen loquitur de eo casu, quando de altero etiam delicto adsunt præsumtiones & indicia, ut ex num. 70. apparet, ibi: ac indicis urgentibus gravatus. Et expressè negat quæstiōnem hanc quest. 124. num. 52. Etsi tamen non militent indicia contra reum alterius criminis v.g. furti, si tamen in genere famæ malæ sit, & diffamatus, quod alia etiam crima commiserit, & plura furta, tunc mediante torturâ, sed moderationi, quærendum esse existimarem, an etiam alia furta commiserit, cum Farinac. d. quest. 37. num. 167. 171. & 173. Immò si fasilius est delictum, remissâ tortura, non repugnaverim, interrogandum esse reum, an aliqua alia delicta perpetraverit; sed tamen sine nova tortura.

44. Sed denudò queritur, an etiam super sociis & complicibus, mediante torturâ reus sit interrogandus? Et quidem negamus hoc per l. fin. C. de Accusat. Sed si adfint indicia de complicibus, vel talia sint delicta, quæ sine complicibus non possunt,

vel non solent patrari, tunc etiam super sociis, ut confiteatur, moderate tamen, torquendum reum esse recte tradunt *Farrinac. lib. i. quæst. ii. num. 19.* ubi contra nonnullorum Judicium crudelitatem & præcipitantiā excandescit & exclamat. *Clarus quæst. 64. num. 8.* ubi recte monet, Inquisitum, quando in tortura, super sociis interrogatur, non debere interrogari super ipso delicto, à se commisso, & antea confessio, & debere interrogari præmissa protestatione, sine præjudicio criminis confessi. *Chartar. d. cap. i. libri 4. num. 85. & seq.* Sed hoc non in specie per suggestionem faciendū, an habuerit hunc vel illum sociū, sed an aliquis habuerit socios. Nam à suggestione, tanquam à peste, cavendum est Judici, juxta *Ambrozin. d. lib. 4. cap. 2. num. 8.*

Si autem Inquisitus nollet planè 45. feri, sed tormenta parvipendere videatur, in atrocissimis delictis etiam intendi tortura potest, ut ex *Chartario lib. 4. cap. i. num. 105.* tradit *Ambrozin. d. c. 2. num. 11.* Memento tamen, inquit *Ambrozinus d. lib. 4. cap. 1. num. 6.* te Christianum esse Judicem, & propterea moderatum & misericordem esse simul te debere in tormentis inferendis. *Gometz. tom. 3. resol. cap.*

cap. 13. num. 5. ipsosq; tortos, vel Innocentiae, vel supplicio incolumes servandos esse, *l. questionis modum 7. ff. de quest.* Præsertim vero moderatione opus est, si persona sit vulnerata, *juxta art. 59. Constit. crimin.* vel alias debilioris Constitutionis: videndum enim an reus sit robustus, an debilis, an senex, an juvenis, an sanus, an infirmus &c. *Farin. quest. 38. num. 33.* Quamvis fieri possit, ut etiam, qui robustior videatur, minimum tamen tormentorum vix ferre possit, quale exemplum juvenis robusti habet *Clarus d. quest. 64. num. 37.* qui ex tormentis ferè mortuus. Ideò etiam, si reus defecerit, de hoc omnino mentio à Notario facienda, & quando reus de tormentis depositus adspersione aquæ vel acetii, vel aquæ rosariæ, fuerit refectus. *Ambrofin. lib. 4. cap. 14.* Ubi monet judæma, ne crudelis, & ne nimis credulus sit. Fallere enim non nullos solere & simulare animi deliquium. Sed hæc cordatioribus & Deum timentibus judicibus dijudicanda relinquimus.

46. Tempus detinendi Inquisitum consistit in Arbitrio judicis discreti, pii ac religiosi: nullibi enim jure nostro definitum. Ergo pro qualitate personarum, deli-

delictorum, indiciorum hoc suppeditandum. Moderatè tamen & in temporis destinatione se habere judex debet, ut Inquisitus remaneat salvus, *d.l. 7. ff. de question.* & potius uti debet benignitate, quam atrocitate, *Farin. d. quest. 38. n. 53.* Idecirco solet ad manus haberi horologium pulveris, ad effectum cognoscendi quemlibet horæ lapsum: Et cum Reus de tormentis deponitur, spaciun temporis per Notarium annotatur, quo ille in tormentis fuit, *Chart. l. 4. cap. 1. n. 115.*

Ambrofin. d. lib. 4. cap. 3. Immò Actuarius judicii, si rectè officio suo fungi velit, non tantum singula verba & lamenta Rei, nec tantum tempus torturæ, sed & ipsa instrumenta, quibus usus est carafex, diligenter conscribere debet, ut rectè Actuarium instruit *Dom. Carpz. d. quest. 124. num. 64.*

Sed cum malefici ac veneficæ seu sagæ soleant contumacissime tormenta perferrre, vel etiam ridere, immò inter ipsa tormenta sfaviter dormire, quasi in lecto, cujus exempla aliquot in Facultate nostra habuimus, ideoq; de his in specie aliquid, potissimum *ex Martino Delrio lib. 5. Disquisit. Magicar. sect. 9.* proponemus. Causas istius obstinationis ita

proponit dictus Martinus Delrio: Multiplex, inquit, est causa hujus silentii. Vel enim tacent, quia dolorem non sentiunt; vel quia loqui non possunt, etiam si sentiant; vel quia nec sentiunt, nec loqui possunt, ut quando profundo somno oppressiuntur: (somnum hunc conciliat Dæmon causis merè naturalibus, ut medicamentis soporiferis, & similibus:) Vel sanè quia licet sentiant & loqui possint, robusti tamen & fortes omnia tolerant, & obstinato animo cruciatum &c. contemnunt. Ut non sentiant, solet Dæmon efficere, per quædam naturalem vim obstupefaciendi sensus habentia, quibus fit, ut vel dolorem non sentiant, vel lenior ac tolerabilius dolor videatur. Aliquando pondera appensa ipse levat, & corpus ipsum sublevat, funes quoq; quibus ligati & extensi, laxat; Aliquando verò ea, quæ corpori infligi videntur, ipse aliò avertit, aut vim eorum tollit, aut medium densum, quod adstantibus est inconspicuum, interponit, &c. Et post pauca: Silentium etiam solet Diabolus inducere occupatione corporea Malefici, præclusis illi interius fauibus & ore, eâ moderatione, ut non præfocetur, loqui tamen non queat; &c. Deniq; solet illis

illis membranulas & alia instrumenta, magica variis notata characteribus suppeditare, quibus in locis corporis secessissimis abditis, ex pacto sensum adimit doloris.

Ur his judices obvient, quid non, 48.
 moliuntur? multa rite, multa perperam, inquit *Martinus Delrio d.l.* Nos haec vice, ut proposito nostro serviamus, brevissimis perstringemus magica vel superstitionis remedia, vera vero remedia pluribus explicabimus. Benedictam siwè lustralem aquam qui infundunt, superstitione faciunt. Superstitionem est indicium lacrymarum. Superstitione est propinatio aquæ benedictæ cum guttula ceræ benedictæ. Superstitionem illud etiam, quod de interrogandis reis infra Misericordiarum solennia &c. dicitur.

Sed quid faciendum in tali casu, 49.
 ubi venefica videtur impassibilis, adeoq; nihil profectura tormenta? Respondeo, primum ipsam per verbi Divini ministros sedulo monendam, ut fœderi Diabolico renunciet, veritatem non celet, sed Deo det gloriam. Secundò si his nihil proficiatur, quando venefica est torquenda, tunc omnibus vestimentis ab aliis mulierculis (vel si virilis sexus, à ministris,) R 2 exuenda,

exunda, & novis vel alienis vestimentis induenda, & ita ad torturam ducenda, ne in vestimentis lateat aliquid maleficii. Tertiò possunt capilli capitis & barbae abradi, immo & per totum corpus, etiam in partibus secretioribus, si fœminæ sint à fœminis, si viri à viris. Nam illas in partibus secretissimis, membranulas diversis characteribus insignitas, interdum absconditas habere notissimum est, & ostendit exemplum illud celebre passim allegatum, quod habet *Damhud.* in *Pmxi crimin. cap. 37. num. 22.* Et hoc potentissimum remedium sæpe se expertum esse scribit *Ambros. d. l. 4. cap. 1. num. 6.* Quartò ne qua unctio forte adsit, etiam totum corpus prius aquâ calida diligenter abluendum. De quibus modis *Martinus Delrio d. seqt. 9.* Quintò etiam tormentum vigiliæ ad vincendas ipsas neficas maximæ fuisse efficaciæ narrat *Damhuderius d. l. num. 22. in fin.* Sexto perquiri debent ab hominibus ejusdem sexus os Inquisiti, foramina aurium, nastrum, partesq; omnes secretiores, & si qua plaga, vel cauterium sive ruptorium, vel incisio in corpore adsit, diligenter investigandum, *Chartarius lib. 4. cap. 1. num. 22.* *Ambrofinus lib. 4. cap. 7. num. 5.* Septimò

ptimò nequaquam permittendum, ut de
foris aliquid comedendum carceratis de-
feratur *Chartar. d. l. Ambrosinus d. cap. 7.*
num. 7. Carpz. quest. 125. num. 69. Octa-
vò ne verba magica submissa voce pro-
ferre possint, variis sermonibus ista ver-
borum recitatio interrumpta est, *Char-*
tar. d. l. & Ambrosin. in fine.

Et hæc de Maleficiis in specie dicta
sint. Jam ad generalia revertemur. Si
ergò delictum fuerit confessus reus, &
super circumstantiis, sine suggestione ta-
men interrogatus, circumstantias expres-
serit, factâ executione Torturæ, ante o-
mnia circumstantiarum à reo manifesta-
tarum indagationem diligentem sibi com-
mendatam habere debet judex. Non
enim fides habenda est confessionibus,
priusquam de singulis, aut certè majoris
momenti circumstantiis, per Inquisitio-
nem certior fuerit factus judex. Nam
licet milles essent ratificatae confessio-
nes, semper tamen verificanda sunt cum
omnibus suis circumstantiis, & ita obser-
vant periti Adseffores & Deum timentes,
inquit *Ambrosinus lib. 4. cap. 5. num. 10.*
Cuncta enim judex rimari debet, ne in-
nocens condemnetur, *Carpz. d. quest. 124.*
num. 60. ubi allegat artic. 54. Constat. cri-

minalis, quem utpote maxime necessarium, & contra quem sapissime peccatur, hic apponere lubet: So obgemeldte Fragstücke / inquit Imperator, aus Bekanntschaft die aus oder ohne Missethat geschickt gebracht werden / so sol alsdenn der Richter an die Ende schicken / und nach den Umbständen/ so der Gefragte der bekandten Missethat halber erzieht hat / so viel zu Beweisen der Wahrheit dienstlich / mit allem Fleis fragen lassen / ob die Bekannts der obverührten Umbstände wahr sey oder nicht. Denn so einer angezettelte die Art und Form der Missethat / als vor zum theil gemeldet ist / und sich dieselben Umbstände also erfunden so ist daraus wol zu mercken / daß der Gefragte die bekante Missethat gethan hat / sonderlich so er solche Umbstände sagt / die sich in der Geschichte haben begeben / die kein Unschuldiger wissen kan. Idem habetur art. 60. ibi: So auff erfundene redliche Anzeignung einer Missethat halber peinliche Frage fürgenommen / auch auff Bekannts des Gefragten ic. si. issige mögliche Erkündigung und Nachfrage geschickt / und in derselben benannter That halber / solche Wahrheit befunden würde/ die kein Unschuldiger also sagen und wissen könne; Als dann ist derselben Bekannts unzweckfältig

cher beständiger wette zu gläuben / und nach
Gestalt der Sachen peinliche Straße dar-
auff zu urtheilen / re. Similia habentur
in ordinatione judicij Civitatis Franco-
furtanæ ad Oderam Tit. Von peinlichen
Sachen. ibi: Und was alsdenn in der
Tortur bekand wird / sol nicht pro certo
geholt / sondern mit obiter auffgeschrie-
ben / und ekliche Tage nach Einderung der
Schmerzen dem Gefangnen hinwider vor-
gehalten / und darauff befraget / auch fleis-
sig ihn und wider nachgeforschet werden.
Und wenn alsdenn der Gefangene darauff
endlichen beruhet / sich auch sonst das fa-
ctum an ihm selbst also befindet / re.

Sed quid si habita circumstantia- 51.
rum investigatione ex falsæ deprehendantur? R. eam falsitatem reo esse objici-
endam , & improperandam , juxta artic. 55. Crimin. Ordin. Erfindet sich aber
in obgemeldter Erläuterung / daß die be-
kannten Umstände nicht wahr wären ; sol-
che Unwahrheit sol man dem Gefangenen für-
halten / ihn mit ernstlichen Worten dor-
umb straffen / und man mag ihn alsdenn
mit peinlicher Frage auch zum andernmal
angreissen / damit er die obangezeigten Um-
stände rechtfertige / und mit der Wahrheit anzei-
gen. Denn ja zu Zeiten die Schuldbigen die

Umbstände der Misschärfen unwahrlich anzugehen / und vermeinen / sie wollen sich darmit unschuldig machen / so die Ertundungen nicht wahr erfunden werden. Sed tamen hoc casu , quia circumstantiae facti sunt in magna varietate , non ex arbitrio judicis repetenda foret tortura , sed exponendum esset mendacium J Ctorum Collegio , & eorum votum vel suffragium esset requirendum .

§2.

Si Inquisitus in tormentis confessus fuerit delictum , ejus confessio debet postea per ipsum extra tormenta ratificari . Nam sine ratificatione confessio non valeret , nec illi confessioni mox standum est , nisi reus in illa perseveret . Quam dicit communem sententiam Clarus S. fin. d. quest. 46. num 40. ubi plures allegat . Ambrosin. lib. 4. cap. 5. num. 1. Zanga de quest. cap. 5. num. 36. Carpz. quest. 126. num. 17. Non enim sufficit ratificatio tacita , scilicet quod tortus tacite perseveret in ea confessione , illam non revocando , sed opus est , ut illam expresse ratificet apud acta . Clarus d.l. ubi monet judicem , ut tortum in separato post torturam includat carcere , ne à reliquis carceratis ad revocandum instrui possit , & ne metu pñæ sibi mortem consciscata interim

interim à judice omnia instrumenta, quæ
hujusmodi pravum conatum juvare pos-
sent, diligenter amovenda vel ipsi perso-
na adjungenda ex ministris judicij, Am-
brozin. d. t. 4. cap. 5. num. 44.

Et illam ratificationem etiam ipse
jubet Imperator *Caroli V.* in *Constit. cri-
min.* art. 56. ibi: Der Gefangene sol auch
zum wenigsten über den andern / oder mehr
Tage nach der Marter und seiner Bekän-
nis / nach gut Bedünken des Richters in
die Büttel-Stuben / oder ander Gemach /
für dem Bann-Richter / und zweyen des
Gerichts geführet / und ihm sein Bekän-
nis durch den Gerichts-Schreiber färgele-
sen / und alsdenn anderwerts darauff ge-
fraget / ob sein Bekännis wahr sey / und
was er dorzu sage / auch aufgeschrieben
werde. Nam cum tortura sit res peri-
culosissima, fragilis & fallax, l. i. S. 23.
ff. de quest. Utiq; ne innocentii poena
capitalis vel alia infligatur, non aliter
ipsi fidem adhibēdam esse ipsa ratio dicti-
tat, nisi ea in loco judicij cessantibus do-
loribus fidicularum à torto sponte rati-
ficata & confirmata fuerit, qualis confes-
sio ex intervallo ratificata Spontanea di-
citur, & ad condemnationem sufficit.
Farinac. quest. 83. n. 69. Carpz. d. qn. 126.

num. 19. ubi sequentibus numeris quatuor requisita hujus ratificationis recenset, quæ etiam brevibus in gratiam Judicium, uno tamen addito, apponemus.

54. Primò ut fiat extra locum Torturæ, sive in Carcere, sive extra careerem. Nam si in loco torturæ fieret, memoria tormentorum animo ipsius obversaretur, & forte etiam innocentem ad Confessionem compelleret, adhuc enim duraret metus tormentorum: idq; ex receptissima Doctorum sententia & consuetudine, de quâ testantur *Clarus d. quest. 64. num. 42. Farinac. d. quest. 83. num. 71. Et Carpzov. d. quest. 126. num. 20.*

55. Secundum requisitum est, ut illaratiatio non fiat in continenti, nec paulò post torturam; Sed ex intervallo quodam, & dolore tormentorum cessante. Nam si statim, & nullà interposita mora fieret, non dici posset spontanea confessio, quæ ad condemnationem sufficiat, *Farinac. d. l. num. 73. Mascard. vol. I. conclus. 353. num. 12. & alii quos allegat. Carpzov. d. l. num. 23.*

56. Quantum verò temporis spatium intercedere debet inter torturam & ratificationem confessionis? quamvis Dd. citati à Mascardo *d. l. num. 13.* requirant diem

diem ac noctem; Rectius tamen nos cum
Farinac. d. quæst. 83. num. 86. & Carpzov.
d. l. num. 26. id arbitrio Judicis commit-
timus, secundum qualitatem personæ tor-
tæ, & quantitatem tormentorum; Id
quod etiam ex allegato artic. 56. Constit.
crimin. colligitur ex verbis: Zum wenige-
sten über den andern oder mehr Tage &c.
Et placet, quod monet allegato loco Carp-
zovius, ut judex ad minimum per unum
diem & noctem requiescere sinat reumam
post torturam ad summum verò ultra ter-
tium diem ratificationem non differat,
ne occasionem præbeat revocationi con-
fessionis.

Tertium requisitum istius ratifica- 57.
tionis est, ut fiat coram Judice, duobus
Scabinis & Notario, adeò ut si coram te-
stibus facta esset, non sufficeret, quia es-
set extrajudicialis. Ergo ut ex eâ con-
demnatio sequi posset, in forma Judicij
coram Judice, Scabinis & Notario fieri
debet. Idq; ipsum verba dicti articuli
56. expressè præ se ferunt, ibi: Für dem
Vann-Richter und zweyem des Gerich-
tes / &c.

Quartum requisitum est, ut Nota- 58.
rius torto suam confessionem de verbo ad
verbum clarâ & altâ voce prælegat, ac
opor-

oportunè interroget, numquid contenta in depositione sibi lecta fassus fuerit, an aliquid velit addere. Quod si reus repeatat, dicatq; se illa confirmare, nihilq; se prædictis posse addere, vel detrahere, semel atq; iterum commonefaciendus est, ut benè advertat, cum de ipsius vitâ agatur ac capite, nec judicem fallat, aut Deum ludificetur, sed ut dicat tantummodo veritatem, & omnia mendacia caveat. Ita judicem rectè instruit Ambrosinus d. cap. 5. num. 6. & seq. idq; ex verbis dicti articuli 56. colligitur, ibi: Sein Bekanntschaft durch den Gerichtsschreiber für gelesen und alsdenn anderwerts darauß gefraget ob sein Bekanntschaft war sey/ 2c.

59. Quintam requisitum, ut singula verba formalia, & si fieri possit, etiam gestus Inquisiti per Notarium diligenter consignentur, Carpz. d. l num. 33. per verba finalia d. art. 56. Et rectissimè mones Carpz. d. l. nequaquam judicii Notario permittendum, ut verba à reo prolatas mutare posset, sed ipsum debere verbetenus responcionem & ratificationem rei conscribere, singulaq; verba consignare, ne forsitan sensus ratificationis haud absq; Roi periculo unà cum verbis inverzatur, quod etiam supra monimus in-

Exa-

Examine Rei. Et sanè nunquam hoc sa-
tis inculcare potest: namq; hac in re ut
facilis, ita frequens lapsus est.

Demùm quæritur, an etiam post ter- 60.
ditionem necessaria sit ista ratificatio?
Quod sanè cum Carpzovio d. l. num. 35. &
Farinac. d. quest. 83. num. 70. affirmare
non dubitamus. Nam negari non po-
test, hanc confessionem esse non sponta-
neam, sed metu tormentorum ob adspe-
ctum instrumentorum Tortoris fuisse ex-
pressam. Ergo ad condemnationem sine
ratificatione non sufficeret.

Sed interdum usu venire solet, ut in- 61.
quisitus suam confessionem in Tortura
factam ratificare & repeteret nolit, sed e-
am potius expressè revocet, dicens se tor-
mentorum exquisitissimis doloribus eō
compulsum, ut fateretur, & fortè plus
se fassurum fuisse, si de pluribus fuisset
interrogatus: Quid tunc agendū? Com-
muniter Dd. statuunt, eō casū regulari-
ter sine aliis novis indicis ad torturam
denuò revocari posse, nam hoc ipsum es-
se novum indicium, quod in Tortura cri-
men confessus est: immo ipsa variatio
per se indicium est, l. 10. §. 5. ff. de quest.
Atq; hæc est sententia Dd. communis, de
quā testatur Clarus d. quest. 21. num. 36.

*Ant. Gometz tomo 3. resolut. cap. 13. n. 26.
circa finem. Carpz. d. quæst. 126. num. 46.
Idq; Imperator Carolus V. in Constit. cri-
min. art. 57. confirmavit his verbis: So
der Gefangene / die vorbekante Misshat
läugnet / und doch der Argwohn / als vor-
stehen / vor Augen wäre / so sol man ihn wi-
der ins Gefängniss führen / und weiter mit
peinlicher Frage gegen ihn handeln.*

62. Sed exceptio additur in verbis sequen-
tibus *dicti artic. 57.* Es wäre denn, daß
der Gefangene solche Ursachen seines Äng-
nens vorwände; dadurch der Richter be-
weget würde zu glauben, daß der Gefange-
ne solche Bekanntschaft aus Jersal gehabt:
Als denn mag der Richter denselben Gefan-
genen zu Aufführung und Beweisung sol-
ches Jersals zulassen. Ex quibus verbis
apparet, Judicem non debere statim In-
quisitum suam confessionem revocantem
raptare ad tormenta, si Inquisitus ex er-
rore se confessum esse alleget.

63. Sed quid si errorem non alleget re-
us, sed saevitiâ tantum tormentorum ad-
actum, confessum esse dicat, quid tunc
faciendum Judici? Ego ne tunc qui-
dem statim torturæ subjiciendum pu-
tarem, sed percurrenta potius acta atq;
v.dendum, qualibus indiciis reus sit gra-
vatus

vatus, an illa admodum urgentia, an falibilia: videnda etiam tormentorum quantitas, considerandum tempus torturæ, an diu in tortura steterit, & primò semper negarit: considerandum, annè etiam circumstantiæ quædam rei adsertioni admiculentur, an circumstantiæ à reo in Tortura assertæ in rei veritate se ita habent: querendus etiam reus, annè adhuc innocentiam suam docere velit vel errorem. In dubiō, puto ad Facultatem seu Collegium Jurisperitorum rem deferendam esse. Nam & indicia plura concurrentia, licet admodum urgeant, interdum tamen fallunt. Ideoq; in dictanda repetitione torturæ providum esse debere Judicem existimo, nec hic aliquid statuendum sine consilio prudentum, præmissa tamen investigatione Circumstantiarum, de qua supra.

Sed si reus in tortura secunda fate-
atur delictum, ac denuò postea confessio-
nem ratificare nolit, sed secundò revo-
cket? hic ad tertiam torturam (præmissis
tamen Considerationibus, ut jam propo-
sui,) Judicem devenire posse Dd. com-
muniter statuunt, Clarus d. quæst. 21. n. 36.
in fine. Ant. Gometz. d. cap. 13. num. 27.
Farinac. quæst. 38. num. 99. ubi tertiam
tortu-

torturam admittit, quando indicia sunt multum urgentia & manifesta. Ambrosin. d. cap. 5. num. 14. ubi num. seq. recte monet, ut jam ante monuimus, considerandas esse præcedentium indiciorum qualitates; Si enim gravia fuerint indicia, (& crimen etiam atrocius) tertiam putat adhiberi posse torturam.

65. Verum quæ de repetenda tortura dicta sunt, non eò pertinent, ut in reperita tortura Inquisitum tamdiu detinendum & fatigandum esse putemus, donec priorem confessionem ratificet, sicut non nullos hoc facere testatur Clarius d. q. 21. num. 36. Et Ambrosin. d. cap. 5. num. 13. qui eos Judices Carnifex appellat: Sed hoc ita intelligendum, quod de novo torqueri possint, sed non ultra tempus consuetum, & à Judice modesto ac religioso determinandum. Nam secunda tortura hoc casu non gravior, sed potius levior esse debet primâ.

66. Sed quid si tertia vice tortus fateatur, & denuò neget post torturam? Hic communis videtur sententia, non posse ulterius judicem progredi, sed debere rem absolvere, Farinac. d. quest. 38. n. 105. Ant. Gometz. d. cap. 13. num. 28. Martin. Detrio d. lib. 5. sect. 9.

Sed

Sed ea, quæ supra dicta sunt, eum qui confessionem in tormentis factam revocaverit, iterum torturæ subjiciendum esse, de eo casu intelligenda sunt, si post torturam, quando ratificare debet, confessionem revocet. Sed si inter ipsos dolores minus apertè ac ingenuè confessus sit delictum, mox verò eam, ut tormentorum magnitudine extortam, revocet, durante adhuc quæstione, is aliis non concurrentibus ad torturam revocandus non est, ut rectè d. artic. 57. declarant Matth. Steph. ibi num. 5. circa finem & Bened. Carpz. d. quæst. 126. num. 61,

Interdum verò licet in torturâ 68.
prima nihil fassus fuerit inquisitus, nihilo minus tamen denuo torqueri potest, quæ torturæ repetitio vocatur, ac judici discreto permittitur à Carol. V. Imp. in Ordin. crim. artic. 58. Sed non esse repetitioni locum, Dd. communiter statuant, nisi nova interveniant indicia, Clarius §. fin. quæst. 64. num. 46. Farin. q. 38. num. 88.. per l. 18. §. 1. ff. de quæstion. Ulbi per evidenteria indicia non intelliguntur, quæ prioribus firmiora, sed quæ à prioribus sunt specie diversa vel substantiâ, ut post alios rectè interpretatur Carpzov. quæst. 125. num. 43. immò quævis in-

indicia ad torturam per se sufficientia, licet infirmiora sint per se considerata prioribus: quia tamen priora per torturam sunt purgata, ideo posteriora seu nova indicia prioribus jam elisis sunt urgentiora & evidentiora. Sed de Repetitione plura non addo. Quando enim nova emergunt indicia post torturam, super iis instituenda Inquisitio, examinandus super iis Inquisitus, audiendi testes & runc deuao casus transmittendus est ad Collegium jurisperitorum, quorum judicium erit, anne nova indicia ad torturam sint sufficientia, an non. Sed hos informare mei instituti non est.

CAPITIS OCTAVI

Membrum VI.

Quomodo contra absentem procedendum.

S U M M A R I A.

1. *An contra absentem inquisitio specialis formanda?* N. n. 1.
2. *Quomodo jure civili contra absentem procedatur?* R. n. 2.
3. *Quomodo ex Ordinatione Carolina?* R. num. 3.

4. An

4. An procurator in criminalibus & precipe in processu inquisitionis ex parte rei admittatur? N. n. 4. & 5.
5. Quod limitatur num. 6. & seq.
6. Quomodo absentem judex in potestatem suam redigere debeat? R. n. 11.
7. An absenti, quem judex carceri mancipare nequit, salvus conductus dandus? A. n. 12.
8. quotplex salvus conductus? R. n. 13.
9. An in salvo conducta hoc mente actum, ut liceat securè recedere? A. n. 14.
10. Quinam sit conductus specialis? R. num. 15.
11. Cui concedi salvus conductus possit? R. num. 16. & seq.
12. quomodo tollatur salvus conductus? R. num. 19.
13. An reus cui datur salvus conductus, prgnoribus carere possit? A. n. 20.
14. An si fidejussor pœnam solverit, contra reum repertum adhuc procedi possit? A. num. 21.
15. Quo jure ad bannum procedi possit? R. num. 22. & seq.
16. Quid sit Bannum? R. n. 27.
17. Quomodo jure Saxonico procedatur ad bannum? R. n. 28. & seq.
18. Quis sit effectus banni? R. num. 32.

19. Quomodo jure communii ad bannum a-
gatur? R. num. 34.
20. Quomodo in Marchia? R. num. 29.
E 35.
21. Quomodo contra bannitum captum prae-
cedendum? R. num. 36. E seq.

2. **H**actenus de præsente reo actum fuit.
Sed cum sæpè reus crimine commis-
so latitat, vel effracto carcere aufugiat,
vel alias judicium eludat, ideo queritur,
quid cum absente agendum? Et primò
quidem certum est, quod per Inquisitio-
nem specialem, contra absentem non
procedatur, nisi ubi poena est relegatio
vel pecuniaria: aliâs verò absentem ad
pænam relegatione graviorem conden-
nari non posse, per l. absentem s. ff. d. pæ-
nis. Ideò jure civili necessarium est, ut
rei absentes requirantur, t. t. ff. E C.
de requirendis reis.

2. Citato itaq; reo nec comparente,
ille annotatur, seu inter reos refertur,
bona ejus obsignantur, postea Edictis ad-
esse jubetur, significata simul ipsi bono-
rum annotatione: quo facto, si intra
annum comparet, recuperat bona anno-
ta, quæ nondum erant adquisita Fisco,
l. i. C. de requirend. reis. Si intra an-

num non adsit, nec absentiae justas causas alleget, bona in fiscum coguntur, & sequitur infamia. Ideoq; si postea accedat judicem, & innocentiam suam velit defendere, non auditur, quoad bona semel confiscata, sed quoad poenam criminis personae infligendam, auditur semper l. 2. C. de requirend. reis.

Sed id, quod de annotatione bonorum dictum, hodiè in Imperio Germanico per Carol. V. paululum mutatum est. Quamvis enim fugitivi bona etiam hodie annotanda sint, & cendum, ne quid ex iis rebus ad fugitivum transferatur, & per hoc illius fuga instratur; non tamen ea bona annotata adquiruntur Fisco, sed conservantur proximis heredibus. *per art. 206. Ordinat. criminalis*, cuius haec sunt verba: *So ein Ubelthäter aufweicht / so sol der Richter zweyn oder drey desselben flüchtigen Freunde erfodern / und in Gegenwärtigkeit derselben / und zweener Schöppen des Gerichtes/der Sachen unverdacht/ all seine Haab und Güter / so in seinem Gericht gelegens/ durch den geschworenen Gerichts-Schreiber eigendlich beschreiben und auffzeichnen/ und dem Ubelthäter nichts davon folgen lassen. Aber welche Güter verdächtig wären/*

wären / und nicht liegen möchten / die sol
der Richter mit zwischen des Gerichts / und
abgemeldeten von der Freundschaft / ver-
kauffen / und was also draus erlöset wird /
auch beschreiben / und das Kauf-Geld /
samme der Verzeichnits hinder das Gericht
legen / allda es Weib und Kindern / oder
andern seinen nähesten Erben zum besten /
unverrückt sol erhalten werden. Woltet
aber des Flüchtigen Freunde solch beschrif-
ten Gute / zuvor und ehe es hinder das Ge-
richt gelegzt / oder aber auch darnach / zu
ihren Händen nehmen / und ein nochdürf-
tigen Bestand und Pflicht thun / berührt
Gute also in Haftung zu behalten / und
dem Flüchtigen / dieweil er unvertragen /
oder die Sache unausgeführt ist / nichts
davon folgen zu lassen / das sole ihnen ge-
stattet werden. Doch solten die gedachte
Annahmer der berürten Güter des Thä-
ters Ehemahl und Kindern / ob er die hält-
te / nochdürftige Letzes-Vahrung von sol-
chen Gütern reichen / und das alles mit
Rath und Wissen des Richters und vor-
gemeldter Obrigkeit thun / und sollen auch
die Richter und Obrigkeit zu ihrem Nut-
zen den Flüchtigen von ihren Gütern gar
nichts nehmen. Ex quibus apparet 1.
annotationem statim faciendam. 2. Bo-

na annotata à fugitivo reo etiam post annum semper recuperari posse 3 ea nunquam Fisco adquiri, nisi in crimine Majestatis. 4. Sed ea tantum conservanda proximis, & curandum, ne aliquid ex bonis suppeditetur fugitivo, ne is inde fugam suam instruat.

Sed cum absentis Rei Procurator & 4 defensor in judicio se s̄epe offerre soleat, ideoq; ut judicem hac in parte instruamus, agendum jam est de ea quæstione, an in criminali processu, & in specie in processu inquisitorio Procurator vel defensor ex parte rei ad merita causæ tractanda admittendus sit? Et regulariter hoc negandum est per l. pen. §. ad crim. I. ff. de publ. judic.

Causa prohibitionis est, 1. ne per 5 procuratorem absens mentiatur, quæ præsens dicere erubesceret, quæ ratio non minus in reo, quam in Accusatore militat. 2. Quia Rei præsentia opus est, ad veritatem eruendam, cum ex vultu pallore, consternatione, titubatione, ac inconstantiâ sermonis multa indicia admissi criminis resultent, l. 10. §. pen ff. de Quest. Donel. lib. 18. cap. 10. Carpz. qu. 105. num. 44. 3. ne principalis interim poenæ se subducatur, & ita judicium eludatur.

cum absens damnari non possit, d. l. absentem s. ff. de pœnis. Carpz. d. quest. 105. num. 42. 4. Procurator idoneè satis dare in criminalibus non potest, cum ad pecuniariam tantùm pœnam se obligare possit, Carpz. d. l. num. 43. Et hæc prohibitio multò magis in processu Inquisitorio locum habet, quanto magis hic sine litis sufflamine ac citius expediri causa debet, Carpz. d. quest. 105. n. 51. & seq.

6. Sed limitatur regula: i. nisi tale crimen sit, cuius pœna sit relegatio, Farinac. quest. 99. num. 67. vel minor relegatione, ut pecuniaria, per l. i. ff. an per alium cause appellationum reddi possint. Ubique etiam ad merita causæ & ad plenam defensionē admittitur Procurator vel Defensor, per d. l. i. Et hanc legem primam indistinctè ita communiter Dd. accipiunt, per traditæ Farin. quest. 99. num. 76. Menoch. lib. I. quest. 80. num. 5. Carpzov. d. quest. 105. num. 77.

7. Secundò limitatur vel potius declaratur dicta regula, ut Procurator possit intervenire pro absente reo, non quidem ad merita causæ tractanda, sed ad causas absentiæ allegandas, per d. l. pen. s. 10 ff. de publ. judic. l. 3. C. de Accus. Hic enim cessant rationes, quas Procuratorem Rei

Rei arcere supra enumeravimus, *Carp-*
zov. d. quest. 105. num. 66. & seqq.

Sed an sine mandato hic admit- 8.
 tetur? Resp. si caussæ necessariæ ac
 facti, quæ etiam volentem impediunt,
 ut quia in carceribus alibi detentus, æ-
 grotus &c. admittitur quoq; sine man-
 dato, *Farinac. d. quest. 99. num. 280.* præ-
 stito tamen juramento malitiæ, *Farinac.*
d. l. num. 294. Si verò caussæ probabi-
 les, ut suspecti itineris, loci non tuti, pe-
 stiferi, quia his reus renunciare potest,
 idèo requiritur mandatum, nisi essent
 notoriæ, *Farinac. d. l. num. 280.* & ex eo
Hilliger in Donell. lib. 18. cap. 10. lit. E.
Pag. 342.

Tertio limitatur, ut quoties quis ab- 9.
 sens condemnari potest, sive jure com-
 muni, ut in casu *l. 4. §. ult. ff. de Sicar.*
 & in crimen Majestatis: sive ex consve-
 tudine, sicut in tota Italia contra absen-
 tes ad Bannum agitur, ut iis casibus Ab-
 sentis admittatur Procurator, per *l. ser-*
vum 33. §. publicè 2. vers. ubicunq;. ff. de
Procurat. Hillig. d. l. pag. 343. Ubi tamen
 non auditur ut Procurator, sed tantum
 ut Defensor, seu Instructor, ac informa-
 tor veritatis, cuius officium est, ut judi-
 ci adsistat, super innocentia rei eum in-

struat, ejus caussas alleget, probationes offerat &c. id quod pluribus persequitur Hilliger d. pag. 5 seq.

Quarto Procurator etiam admittitur,

- ^{10.} si agatur non de meritis caussæ, sed de Exceptionibus declinatoriis ac dilatoriis v.g. Si dicat Procurator, iudicem non esse competentem, Gail. lib. I. de P. P. cap. 10. n. 46. Carpz. d. quest. 105. num. 69. de quibus & similibus casibus exceptis plura videantur apud Farin. d. quest. 99. Carpzov. quest. 105. Menoch. d. quest. 80. Hilleg. d. l. & alios.

^{H.} Sed quid si reus fugitivus citatus nolit comparere? Resp. tunc judici incumbere, ut reum persequatur literis patentibus incarcerationis, nisi offnen ~~Sted~~ Brieffen / & has cum ministris circumcaeca ableget, & omnibus modis labore, quo delinquens capiatur, & per modū Inquisitionis postea contra ipsum procedatur, Carpz. in Pract. Crim. q. 112. n. 34.

^{11.} Quod si verō nulla opera capi & incarcerated possit, tum dénum petenti fugitivo salvus conductus concedi potest. Sed quæritur I. quinam salvum conductum concedere possit? Et quamvis id solum Principem facere posse paret Fachin. lib. 9. quest. 62. Rectius tamen senti-

sentiunt, qui à quolibet Magistratu merum Imperium habente, salvum conductum concedi posse putant. Nam cum contra absentem pronunciare jure communi non possit, ne criminalia judicia planè omittantur, necesse est salvum, conductum concedi à judice posse, quod & consuetudine observari testatur *Carpzov. quest. 112. num. 23.* & facit artic. 76. *Constit. Crimin.* Idem apud nos observatur, quamvis plerumq; soleant super hoc articulo judices consulere peritiores.

Quotuplex verò est salvus conductorius? Communiter dicitur esse duplex: Generalis & specialis. Generalis est, quando judex absq; præstitā cautione, reo citato, tribuit securitatem, ad judicium veniendi, & inde recedendi *Carpzov. quest. 112. num. 4.* Sed hic generalis salvus conductus non nisi diebus juridicis securitatem reo promittit, *Das er zu einem jeden Gerichts-Tage sicher zu sind abreisen möge. Zanger. part. 2. de Except. cap. 5. num. 53. Carpz. d. l. num. 10.* ita tamen, ut generalis salvus conductus securitatem per triduum fere præstet, scilicet quo reus primum ad comparendum, alterum ad tractandum in judicio, tertium

um habeat ad redeundum, *Carpzov. d. b. num. 13.*

- 14.** Sed quæritur, si non expresse dictum in formula salvi conductus, quod secure possit ex loco judicij recedere, annè hoc tacite etiam actum videatur, ut possit secure reverti domum? Resp. id merito affirmari cum *Carpz. d. quæst. II. num. 8.* Neq; enim, inquit I^{CTUS} ille celeberrimus, in fidei aut securitatis promissione solum quid concedens, verum etiam quid recipiens virisimiliter cogitarit, inspicendum est. Recipiens autem de reditu cōgitasse præsumitur, aliàs *salvus conductus nullum haberet effectum*, & aliàs captiosa esset concessio salvi conductus, quod de judge præsumendum non est. Sed hæc usq; ad sententiam definitivam sunt intelligenda, *Bis etwas peinliches wider ihn erkant!* *Zang. d. cap. 5. num. 20.* Nam contra vim tantum, non juris executionem salvus conductus conceditur, per artic. 156. *Ordinat. crimin. in fine:* Und sol derselbe zum Rechten für unrechter Gewalt / und nicht weiter / vergleiter werden.
- 15.** Specialis verò salvus conductus est, quando reo, præstâ cautione, plena datur securitas, sub publico sigillo judicij, ut per totum tempus litis durantis liceat

ip

ipſi in loco judicij inter ſuos commorari,
& deliberare cum amicis & Cognatis ſu-
is de defenſione ſuæ innocentia, *Carpz.*
d. queſt. 112. num. 20. & ſeq. & Dd. ab eo
allegati.

Sed cui concedendus ſalvus condu- 16.
ctus. Et rectiſſimè hoc etiam explicat-
tur à *Dom. Carpzov. d. queſt. 112. num. 32.*
& ſeq. dum diſtingvit inter absentem ac
latitantem, atq; præſentem ſeu incarce-
ratum. Si reuſ ſit fugitiuſ & latitet,
& Magiſtratus omnibus modiſ laborariſ,
ac officiales ſuos cum literiſ patentibuſ
incarcerationi ablegaverit, quo delin-
quenteſ caperet, nec iſpum tamen in po-
teſtatem ſuam redigere potuit: quando,
inquam, Magiſtratus videt ſe fruſtra la-
borare, & metuit, ne reuſ longius rece-
dat, hoc inquam caſu, reo abſenti & pe-
tentie melius eſt, ut ſalvus conductuſ de-
tur ſub cautione, quod reuſ ſe velit in-
quibuscunq; actibuſ, & præſertim tem-
pore ſententia definitivæ firſtere; quam
ut cauſa planè maneat indiſcuſſa. Et
certè negari nequit, utut delictuſ ſit no-
toriuſ atq; atrox, quia tamen reuſ ne-
gat delictuſ, vel aliquam qualitatem ac
circumſtantiam allegat, quæ probata
iſpum à poenā delicti ſaltem ordinariā,

ſi non

si non omni, liberaret, rem fieri dubiam: Sed hoc, ut dixi, & benè notandum puto, non aliter intelligendum, quām si iudex omnem operam in reo capiendo, præsertim in gravioribus, sed frustrà, impendisset.

47. Posteriori casu, quando reus est in vinculis, tunc securitas sive salvus conductus Reo non debet dari, ne aufugiens judicium cludat, *I. Divus 3. ff. de custod. reorum. Farinac. quest. 33. num. 48. Dambud. in Praxi crim. cap. 20. num. 4. Carpzov. d. quest. 112. num. 43.* & poenæ corporali non posset per fidejussorem satisfieri, *Dambud. d. l. Nisi esset delictum leve, Dambud. d. l. Carpz. d. l. num. 45.* aut reus gravi morbo decumberet, vel rea esset vicina partui, & ratio sanitatis Rei incarcere haberi non posset, *Carpzov. d. l. quest. 112. num. 48.* aut ex processu videat iudex, reum esse insontem, tunc iudex, si ita ipsi videbitur, poterit reum sub fideturibus relaxare, *argt. I. 2. C. de exhibend. reis. Clarus S. fin. quest. 46. n. 100. Carpz. d. quest. num. 53.*

48. Sed nolim autor esse iudici, ut sine consilio sapientum reum relaxaret sub fideturibus, sed tutissimè aget, si periti res super hoc punto consulat.

Tollitur verò salvus conductus plu- 19.
 tribus modis: 1. si ipse reus offendat ad-
 versarium suum, & sic ratione sui secu-
 ritatem violet, argt. l. si quis major 41. C.
 de Transact. Carpz. d. quest. 112. 2. si per
 sententiam ipsi vel tortura vel poena cor-
 poralis dictitetur; tunc enim cessat sal-
 vus conductus, & reus carceri mancipa-
 tur. Wenn etwas peinlich über ihn er-
 fande wird. Nam non datur ipsi securi-
 tas, nisi contra vim & injurias, non con-
 tra juris executionem, d. art. 156. in fine
 3. Si tempus salvo conductui præfinitum
 præter lapsum. Nam solet nonnunquam
 salvus conductus ad certum tempus re-
 stringi v. g. tres menses &c. hoc fine, ne
 reus judicium eludat, protelando litera,
 & ambages quærendo. 4. Si reus deli-
 ctum sponte fuerit confessus, purè scili-
 cet, & non cum qualitate aliquà, quippe
 in confessum non sunt partes alia judi-
 cis, quam ut illum condemnent, & in
 jure confessus pro judicato habetur, l. post
 rem 56. ff. de re judic. Carpz. d. quest. 112.
 num. 82.

Dixi suprà, salvum conductum sub 20.
 cautione fidejussoria dandum, ubi quanti-
 tas, in quam se obligant fidejussores, à
 Collegio peritorum ut plurimum deter-
 minari

minari solet: sed annon pignoribus cave-
re reus potest? Id recte affirmare videtur
Carpzovius d. quest. 112. num. 98. Nam re-
gulariter hodiè, ubi satisdatio exigitur,
ea pignoribus etiam fieri potest, *Wesenb.*
in w. Qui satisdare num. 7. præsertim si
alter pignoribus sit contentus, *L. ult. §. 3.*
ff. *Quod legatorum.* *l. 61. de V. S.* & ibi
Gædd. num. 3. Sed juratoria cautio ad ob-
tinendum specialem salvum conductum
non sufficit, nisi crimen sit levius, *Carpz.*
d. l. num. 104. qui & rectissime num. 119.
statuit contra Matth. Colerum, fidejus-
sorem non obligari ad poenam promissam,
nisi quando in ultimo termino non com-
paret, ubi poena corporalis vel tortura di-
ctitur.

21. Sed quæritur commodè, si reus, ~~et~~
fieri solet, ultimò termino emaneat, &
fidejussor summam promissam exolverit,
an non reus postea, si occasio ferat, ite-
rum in vincula conjici, & sententia con-
tra ipsum lata executioni dari possit?
Quod etiam affirmamus cum Carpzovi
num. 133. quia poena per cautionem pro-
missa, magis concernit contumaciam fi-
dejussorum, non sistentium reum, quam
ipsum principale delictum, & alias reus
posset

posset pro libitu pœnam corporalem fu-
giendo convertere in pecuniariam.

Est & alius modus procedendi con-
tra absentes, scilicet processus Banni, qui
non quidem jure justinianæ receptus, sed
consuetudine: & quidem tam in foro
Saxonico, quam aliis Imperii partibus.
In Italia sanè processum Banni frequen-
tissimum esse, tot tractatus de Bannitis sc.
Jacobi de Arena, Nelli à S. Geminiano, Flam-
minii Chartarii, aliorumq; testantur.

In Camera Spirensi in duobus casi-
bus receptus est processus Banni, scilicet
in casu contumaciae & fractæ pacis publi-
cae. De quo processu Banni agit *Gail. in*
doctissimis libris de Pace publ. Sed de eo a-
gere non est nostri instituti.

In Saxonico foro in omnibus deli-
24.
Etis contra absentem ad Bannum proce-
ditur, sicut etiam multis in locis, ubi jus
civile alias viget.

In conventione etiam illâ inter Se-
renissimum Electorem Brandenburgicum
& Duces Pomeraniæ ac Megapolitanos
initâ cautum, quod citationes edictales
contra receptatores prædonum decerni,
& si contumaciter emanserint, pro con-
victis illi haberi possint: b. v. *Ote sent-*

CAPUT VIII.

gen aber; welche auss solche Einigung sich nicht gestellen / oder aber sich der zuerkaendten purgation hernach verweigern/ die sollen alsdenn der Thare schuldig und überwunden gehalten werden / &c. ubi in sequentibus excipiuntur caussæ absentia necessariæ.

26. Et in multis locis Imperii consuetudinem istam vigere, ut homicida absens damnari possit, apparet *ex artic. 155. Ordin. Crim.* ubi ista consuetudo non improbat. Ideoq; de processu Banni hic etiam brevissimis agendum.

27. Est autem processus Banni, quo ob delictum Judex procedit ad instantiam Accusatoris contra absentem, in hec ut contumaciter si emaneat, veluti confessus condemnari possit, *Nellus d. Tractat. de Bannitis part. 1. num. 1.* Requisita ejus processus, ut scilicet ille locum habeat *ex Dom. Carpz. quest. 140. n. 49. & seq.* possunt constitui duo: 1. ut præcesserit generalis inquisitio de corpore delicti, & personâ delinquentis, ita ut ex ea generali inquisitione non tantum certò constet de corpore delicti: sed etiam probabiliter de personâ delinquentे, quæ iudicij ex generali inquisitione resultantia, non parum adjuvat fuga Inquisiti. 2. ut deliq-

CAPUT VIII.

290

delictum tale sit, ut poena ultimi suppli-
cii locum habeat.

Processus autem Banni ita se habet 28.
jure Saxonico, ut brevissimis declarem.
Constituto judicio criminali publicè ci-
tatur reus absens, & fugitivus, & qui-
dem vel ter, ut quælibet citatio duas se-
ptimanas complectatur: vel unâ citatio-
ne peremptoriâ cōtinente sex septimanas
& tres dies. Eaq; citatio debet fieri per
Edictum, quod debet publicè affigi in
trium diversorum Dominorum territoriis
& Districtibus, si scilicet vagabundus sit.

In caussa Rapinæ, ut hoc obiter di-
cam, in nostro Electoratu, in quo tamen
aliâs non jus Saxonicum, sed Civile ob-
servatur, ubi contra Absentem & fugiti-
vum procedi potest, citatio Edictalis in-
quatuor Urbibus principalioribus affigen-
da: juxta allegatam Conventionem Se-
teniss. Electoris Brandeb. cum Illustriss.
Ducibus Pomeraniæ & Megapolit. h. v.
Wider die ientzen / so entkommen / sonst
aber bekand seyn / sol also verfahren wer-
den / daß sic in vier Haupt-Städten des
Landes / in welchem Lande Raub / Nahm
oder Mord verübet / öffentlich angeschla-
gen / und auf einen gewissen Tag / mit Zu-

schreibung eines gewissen Geleits geladen werden / ihre Unschuld bezubringen / re.

30. Citatione jam legitimè factâ & reo in termino primo non comparente, & accusatore (quia hic ordinarius processus, atq; adeò etiam accusator necessarius est, quem judex ex officio constituere potest,) contumaciam ejus accusante, statim condemnatur & bannitur, usq; ad probationem legitimi impedimenti, & i-doneam excusationem: & denuo citatus ad modum supra scriptum ad probationem impedimentorum. Quod si in isto termino secundo reus non compareat, declaratur reus, incidisse in Bannum, affixa declaratione Banni iis in locis, in quibus anteà citatus.

31. Quod si ultra annum & diem in Banno perseveraverit reus, neq; se purgaverit, ad superius Bannum (seu die Ober-acht) agere accusator potest, processu eo, ut antea diximus, & sic etiam in secundo processu ea observantur, quæ in Banno simplici.

32. Effectus Banni Simplicis est, ut bannitus ob contumaciam habeatur pro convicto, ita ut in Territorio Bannientis judicis, à quolibet tanquam de crimine convictus, capi & executioni judicis bannientis tradi possit.

Su-

Superioris Banni hic est effectus , 33.
ut J. contumax non tantum habeatur pro
convicto in territorio judicis bannientis,
sed etiam totius Provinciæ Domini supe-
rioris , adeo ut contra eum ubiq; criminâ-
liter agi possit . Deinde bona ipsius con-
fiscantur , salvâ uxori statutaria portione ,
& liberis legitimâ . Hæc de formâ pro-
cessus Banni maximè foro Saxonico , quam
prolixius describit *Carpz. d. q. 140.*

Ubi autem non observatur jus Sa- 34.
xonicum , sed jus commune , & nihilomi-
nus processus Banni receptus est , ibi atten-
dendæ sunt consuetudines loci . Nam
in jure communi non habemus proces-
sum banni , nisi Imperialis contra con-
tumaces & Pacis publicæ violatores . Sed
ubi non apparer Consuetudo specialis , i-
ta procedendum putarem , ut citato ab-
sente , & quidem per Edictum in trium
Dominorum territoriis , vel in quatuor
urbibus affixum , ut suprà dictam , (nam
facit hoc , ut ad noticiam Rei pervenire
facile possit) & citato quidem reo pe-
remptoriè datoq; termino , qui trium ci-
tationum tempus complectatur , accusa-
tor à judge ex officio constitutus debet
in termino contumaciam Rei accusare
& petere , ut ex statuto contumax etiam

in hoc negotio criminali pro convictio habeatur & declaretur. Quo factō reus citandus esset per Edictum, modo jam declarato, ad audiendum & videndum se banniri, vel ad allegandam caussam, quare non. Quod ex parte 3. artic. 43. Ordin. Cam. potest probari, ibi: Doc⁹ wo der Kläger also zur Acht wider den Ungehorsamen procediren wolle / sol er denselben von newen dazw / wie sich gebühret / und nemlich zuschēn und hören / sich umb solch sein Ungehorsam in die Acht und Oberachte zu erkennen / oder Ursachen dawider fürzuwendend laden und citiren lassen. Und so er darauff ausbleiben / und abermals ungehorsam seyn würde/ alsdenn althererst nach erkandtem und beschēhenem Ruffen / auch Verscheinung der dreyen Gerichts-Tage / hernach in die Acht erklärret und erkennen werden. Quæ quidem de Banno Imperii & eaussis civilibus loquuntur, huc tam verè accomodari possunt.

35. In Marchia, Pomerania & Megapolitano Ducatu quomodo, citatione peremptoriā facta, procedatur, appare ex dicta Conventione Principum §. Auf den ungehorsamen Fall aber sollen sie alsbald chrlös gemacht / des Landes bandiret/ auch als chrlös durch den Nachrichter in der

der H̄aupt-Stadt / so dem Orthe / da der
Raub begangen / am n̄hesten gelegen / in
allen der Stadt H̄aupt-Gassen / proclami-
ret und aufgerufen werden / sc. ubi in-
sequentibus additur , etiam ad Duce s , si
militiam sequantur , scribendum esse .

Sed quomodo cunq; formato ex con- 36.
ſvetudine loci processu Banni , si captus
sit bannitus , non statim exequenda est
ſententia ; sed bannitus captus ad dedu-
ctionem innocentiae ſuæ admittendus eſt ,
juxta artic. 155. Ordin. crimin.

Præcipue verò instituenda eſt primō 37.
recognitio personæ , Farin. quæſt. II. n. 21.
quæ facienda per propriam rei condem-
nati confessionem . Interrogatur enim ,
an sit ille ipſe , contra quem processus
Banni iuſtitutus . Potiſſimum verò hæ
recognitio necessaria eſt , quando ignorat-
um antea fuit nomen Inquisiti , quem
modum recognitionis pluribus describit
Ambroſinus lib. 6. de modo formandi proce-
ſus informativum cap. 1.

Sed in noſtris judiciis , ſicubi pro- 38.
cessus Banni in uſu eſt , non opus fore
puto tanta ſcrupulofitate in recognoſcen-
da personā banniti , quam quidem de-
ſiderant & uſurpant Itali , cum apud nos
(DEO laus !) tanta facinoroforum homi-

num & bannitorum copia nō sit. Quamvis omnino certus esse debeat iudex, captum esse illum ipsum, contra quem sententia banni lata est.

39. Postea capto bannito dandus est terminus, intra quem se defendere possit ut pluribus tradit Farinac. quest. II. n. 47. Quod etiam vult Carpzovius d. quest. 140. num. 106. ubi tradit, Inquisitum ad defensionem probandum admittendum esse. Quamvis enim ex statuto etiam in criminalibus contumax pro convicto habendus sit, præsumptivè tamen hoc intelligendum, & admittit hæc præsumptione probationem in contrarium, prout pluribus confirmat Farin. d. quest. II. num. 6. & seqq. Sed cum hæc, quæ de banno dicta sunt, apud nos non sæpe occurrant, nolo in his esse prolixior, sed lectorum ad ea remitto, quæ Farinac. d. quest. II. & alibi: Flammin. Chartar. in Tractat. de Execut. sentent. capt. bannito. Ambrofin. d. lib. 6. cap. 1. & seqq. nec non Carpzov. d. quest. 140. prolixè tradunt, & alii.

CAPUT IX.

De Effectu Processus Inquisitionis.

SUMMARIA.

1. Quis sit effectus processus inquisitorii? R.
num. 1.
2. An absolutus in expensas condemnari pos-
sit? D. num. 2
3. An reus non confessus, convictus tamen
sit condemnandus? A. n. 3.
4. Quid si reus convictus satis non sit? R.
num. 4.
5. Quid ad sententiam ferendam requira-
tur? R. n. 5.
6. Sententia definitiva à Collegio juridico ex
petenda. n. 6.
7. Sententia publicata cito executioni tra-
denda. num. 7.
8. Quibus casibus executio differenda? R.
num. 8. & seq.
9. Sententiae capitalis executio triduo ante
reo denuncianda. n. 21. & seq.
10. Ministri Ecclesiae ad reum admittendi.
num. 23.
11. Si reus sō innocentem esse ministro Verbi
in aurem diceret, an hoc revelandum?
A. num. 24.

12. Potus reo moderate præbendus. n. 25.
13. Quid agendum, si reus pœnitentiam agere nolit? R. n. 26.
14. Die apparente signum executioni dan- dum. num. 27.
15. Judex cum Adfessoribus consideat. n. 28.
16. Judex Scabinos de judicio criminali re- cte constituto interroget. num. 29.
17. Reus adducendus est. num. 30.
18. Et is denuo interrogandus. n. 31.
19. Quid agendum si reus coram Tribunalis suam confessionem revocet? R. n. 32.
20. Sententia condemnatoria per Actuari- um reo prælegenda num. 33.
21. Reus Executori tradendus. num. 34.
22. Vis prohibenda. num. 35.
23. Si sit Clericus, is prius degradandus n. 36.
24. Sententia executio à judice demum ap- probanda n. 37.
25. An judex pœnam à Collegio ICtorum- dictam renitttere reo, aut mutare pos- fit? N. num. 38.
26. Idq; limitatur. num. 39. E seqq.
27. An cadaver a punitorum insepulta relin- quenda? N. num. 42. E seqq.
28. An ea ad anatomiam Medicis permit- tenda? A. num. 44.

Principalis totius processus inquisitio-
ri effectus est Executio sententiae prin-
cipalis. Est autem sententia vel Abso-
lutoria, vel Condemnatoria. Absoluto-
ria continet vel absolutionem ab instan-
tia, ubi ob defectum idoneorum & suf-
ficientium indiciorum reus absolvitur ab
haec Inquisitione: Sed denuo inquire po-
test, novis accedentibus indiciis. Ab-
solutio à cauſſa est, quando reus proba-
tā ſua innocentia plenē absolvitur à cri-
mine ipſo & reatu. Utroq; caſu abſolu-
tus Urphedam p̄fſtare tenetur, id eſt, de-
bet jurare, quod carcerem, & quod ratione
eius ſibi obtigit, nec per ſe nec per alios in
Magistratu, miniftriſ aliisvè, jure vel in-
juriā velit vindicare, ut conſuetudo quo-
tidiana ſatis & artic. 176. Ordin. crimin.
comprobat,

Sed quæritur, an non abſolutus in
expenſas condemnari poſſit? Verum qui-
dem eſt, victum non victorem in expenſas
condemnandum eſſe, §. haec autem
omnia. 7. de paenâ temerè litig. l. 79. princ.
ff. de Judic. l. 4. C. de fructibus & litium
expenſis, niſi Adversarius probabilem eau-
ſam litigandi habuerit, juxta artic. 201.
Ordinat. crimin. Quia tamen in dubio
Magistratus per calumniam Inquisitio-
neſa

nem instituisse non præsumitur, interdum etiam ipsi Inquisiti actibus minus decentibus caussam Inquisitioni præbuerunt, sæpè etiam non à caussa, sed ab instantia tantum absolvuntur, forte quod indicia per se quidem satis urgentia, per torturam purgant: ideoq; interdum vidi reum quidem absolvi, sed ab instantia tantum judicii, & condemnatum tamen simul ad refusionem expensarum. Observandum ideoq; judici, ut si Inquisitus ipse caussam dederit Inquisitioni, vel à indicis ita gravatus, ut tantum confessio ipius desideretur, & tamen Inquisitus indicia purgarit per torturam, hoc inquam, vel simili casu Index, quando videt ob defectum probationis reum absolutum ini, simul à Collegio jurisperiitorum querat, an non Inquisitus pro re nata ad expensas refundendas condemnari possit.

3. Quando autem reus est convictus, licet confessus non sit, sententia condemnatoria contra ipsum est ferenda, juxta artic. 69. Ordin. crim. ejus verba hæ sunt: So der Beklagte nach gnugſamer Beweisung nicht bekennen wolte; sol ihm angezeigt werden; daß er der Misschäf überwiesen sei; ob man dadurch sein Geſange

känen des desto eher auch erlangen könnte: Ob er denn darüber nachmals nicht bekennen wolle, daß er doch als ob stehet genugsam überwiesen wäre; so sol er nichts desto weniger der überwiesenen Missethat nach ohne etliche peinliche Frage verurtheilet werden. Latè Carpz. q. 116. n. 34. & seqq.

Sed quando reus sufficienter convictus non est, tum vel extra ordinem poena arbitraria puniendus in delictis levioribus, mitius tamen quam si convictus esset, Carpz. d. quæst. 116. num. 51. & seqq. vel torturæ subjiciendus, de quâ supradictis vel juramentum purgationis ipsi injungendum, id quod plenè tractat Domn. Carpz. d. quæst. 116. Sed hæc persequi ulterius nostri instituti ratio haud permittit.

Sanè in dictanda poena magna aequalitate, doctrinâ, experientiâ atque dexteritate opus esse nemo non fatebitur. Quamvis enim quædam crimina certam sibi poenam constitutam habeant, varias tamen illa admittunt exceptiones, infinitæ etiam sunt factorum varietates, qualitates & circumstantiæ, quas omnes regulâ aliqua complecti est impossibile, ideo mortuò Imperator Carolus V. Judices nè contra Justiciæ æquilibrium rectamq; aequitatis

tatis rationem quicquam agant, ad peritores & Ictos exercitatos saepius alegat, eorumque consilium atque sententiam in dictis pœnis implorare stricteque exequi jubet, *Carpz. quest. crimin. 132. num. 5.* Id quod etiam in nostro Electoratu per Reversales Eleitorales est constitutum, ut Judices acta criminalia vel ad Facultatem nostram, vel ad Domn. Scabinos Brandenburgenses transmittant, ejus rei suprà etiam mentionem fecimus.

6. Hoc igitur tantum curandum est, ut processus ritè instituatur, sicut antea dictum est, & hoc agendum Actuario, ut omnia, quæ gesta ac dicta sunt, diligenter consignet, quo facto, acta ad Collegium transmittantur, & ejus sententia requiratur.

7. Sententia accepta & publicata, haud ea differenda diutiùs, sed quantum quidem fieri potest oxyus ad effectum perducatur, ne reus diuturnâ custodia mactetur, l. 5. C. de Custod. reorum, & dum ultio differtur, criminosis occasio præbeatur vel malignis artibus pœnas evitandi, l. 18. C. de pœnis. *Carpzov. quest 137. num. 2. & seqq.* Qui num. 11. & seqq. aliquot casus recenset, ob quos pœna aliquandiu differenda.

Primo ob accusationem vel inquisitionem de graviori crimen^{8.}, adversus reum instituendam, executio sit suspensa, donec de illo quoq; cognitum fuerit; cui similem puto hunc esse casum, si dum transmissa sunt acta, alterius quoq; criminis, licet non gravioris, indicia emergant, v. g. Homicidii, ubi prioris sententiae executio tamdiu differri solet, donec de altero crimen^e etiam constet, ne contra alium insontem fortè postea de eodem crimen inquiratur.

Secundo differri solet executio interdum ob metum tumultus, quamvis interdum (ubi desideratur magna Praesidis dexteritas & Prudentia) ad frangendos animos tumultuantium maturiori supplicio opus sit.

Tertio secundum Domn. Carpzovi.^{10.} differenda est executio poenæ capitalis, quando testibus est objectum crimen falsi: quia si falso testes deposuerint, simul appareret de innocentia condemnati.

Quarto differenda est executio, quando condemnatus obligatus est reddere rationes suo Domino; tum enim in gratiam Domini differenda est poena. Sed hoc casu Dominum oportebit instare, ut id ve-^{11.}
lo-

locus fiat, quō pœna suæ reddi possit,
*l. i. C. de bonis proscript. Clar. §. fin. quest.
 97. num. i.*

